⁊ sensato. Ubi cõcludit q̃re sapiẽtiores a
natiuitate ꝓuatorum vtroq; sensu sunt ceci surdis ⁊ mui
tis. igr ⁊c. ¶ Scõo sic arguit. Ille sensus magis facit sc.
re: per quẽ magis certificat itellectꝰ de re cognoscibili.
Sed sensus tactus est hꝰ. g ⁊c. Maioꝛ ẽ manifesta: q co/
gnitio sensitiua ordinat ad itellectiuaz. minoꝛ aũt ꝓbat
in exẽplo de baculo exñte in aq̃: quẽ visus diiudicat esse
fractũ: Tactus aũt iudicat ipm eẽ integrũ: ⁊ ita cognitio
sensus tactꝰ ꝓformat veritati rei cognoscibilis: ⁊ per cõ
seqẽs itellectus videt quodãmõ rectificari ⁊ certifica/
ri de vitate rei p sensũ tactꝰ: ⁊ nõ per sensuz visus. ¶ Itẽ
3°. arguit. Ille sensus magis facit scire: qui est pluriũ cõ
trarietatũ q̃s ille qui est vniꝰ ꝓtrarietatis. Ista ꝓpositio
pz: qz quuz vnius cõtrarietatis sint ad minus duo extre
ma ſm genus. Ille qui est duarũ cõtrarietatũ est pluriũ
cognoscitiuus q̃s ille qui est vnius tantũ. Sensus visus ẽ
vnius contrarietatis. Sensus tactus est duarũ cõtrarie/
tatũ. testant Ax. z°de aĩa. tex. cõmẽ. 106. igr ⁊c. ¶ Item
vltimo. Prime qualitates sunt per se tangibiles: vt vult
Aris. z. de gnõne. tex. cõmenti. 7. Sed vbicũq; est poste
rius: ibi ⁊ suũ prius. Igitur vbicũq; sunt q̃litates visibi/
les: ibi sunt q̃litates tangibiles. Sz quecũq; habẽt q̃lita
tes tangibiles sunt cognoscibilia tactu. g oĩa sensibilia i
qbꝰ sunt q̃litates visibiles sũt cognoscibilia a sensu tactꝰ.

Ad oppositum tamẽ est Aristo. in ꝑ° metaphꝰ.
in ꝓlogo. qui probat nãlem di
lectionem sensuuz ꝓpter cognitionẽ sensitiuã. ex hoc: q
illuz sensuz magl nãliter diligimus qui est magis cogno
scitiuus: cuiusmodi est sensus visus. Qõ ꝓbat ex duplici
causa. Tuz qz est in cognoscendo certioꝛ. Tuz qz plures
rerũ differẽtias nobis ostẽdit: qz oĩa coꝛpoꝛa: taz superio
ra q̃s inferioꝛa lucẽ ⁊ colorẽ participant: Hãc eandẽ sen
tentiaz habet in de sensu ⁊ sensato: non multũ post ꝓnci
pium: vbi iquit. Multas gdem differentias ⁊ multimo
das visus annunciat potẽtia: ga oĩa coꝛpoꝛa colorez par
ticipant. Et post moduz subdit. Quare ⁊ cõia magis per
hoc sentiunt. Dico aũt cõmunia: magnitudinem: motũ:
quietem: figuram: numerum ⁊c.

In ista qõne. Primo declarat pars: que erit te
nẽda. 2°soluenr rõnes facte i ꝓn°

Quantum ad ꝑmũ. pars affirmatiua questionis
est tenenda sub ista ꝑma conclusione
affirmatiua. Sensus visus est nobilioꝛ ceteris sensibus:
⁊ magis cognoscitiuus: que qdem ꝑma cõclusio ꝓbatur
q̃drupl'r. Primo ex parte obiecti. Scõo ex parte organi.
Tertio ex parte medy. 4°ex parte actus sentiendi.

¶ Ex ꝑma via arguit nobilitas ⁊ perfectio sensus visus
q̃tum ad pluralitatem cognoscibiliuz a tali sensu: ⁊ quo
ad eius prioꝛitatem respectu aliorum sensuuz ex compa
ratione ipsius ad obiectũ proprium. Scõo ex comparatio
ne eius ad obiectũ cõe alys sensibꝰ. Tertio ex vniuersa/
litate obiecti eiꝰ. ¶ Prio sic. Ille sensus est prioꝛ ⁊ vlioꝛ
in cognoscẽdo: cuiꝰ obiectũ est simplr prius ſm naturaz.
Sed obiectũ visus est hꝰ. ergo ⁊c. Maioꝛ est nota: qz oꝛ
do potentiarũ q̃tuz ad suas opationes est ex ordine ob/
iectoꝛ: circa que operantur: vt colligitur de mente Ax.
.z. de aĩa. tex. cõ. 63. minoꝛ aũt ꝓbatur. ꝑ° auctoꝛitate Ax.
.z. de gnãtione. tex. cõmẽti. 7. prẽallegato. vbi vult: q si
cut visus est prioꝛ tactu: Ita ⁊ subm ipsiꝰ: hoc est obiectũ.

UVA. BHSC. IyR_086_2

cuius ratio visibilis (inquit ipse) non est corporis tangibilis passio ſm q tangibile: sed ſm aliud. i. ſm aliquam aliam naturaz vel qualitatem: que est cōmunis corpori generabili ⁊ corruptibili: ⁊ etiā incorruptibili. Sicut est forsan natura perspicui. Et concludit. Et si contingat natura prius. Ex hoc innuens: q illa ratio: ſm quaz corpus est visibile: est por natura qualitate tangibili: ac etiā ceteris qualitatibus sensibilib⁹. ¶ Scōo pbaᷓ hec minor ratione sic. Illa qualitas dicit esse simpliciter prior ſm naturam: que conuenit corpori priori simpliciter: q̄ſ sint qualitates: que tm̄ conueniūt corpori generabili ⁊ corruptibili. Sed qualitas visibilis (sicuti ē lux ⁊ color: exte-dēdo nomē colorīs) reperitur in corporib⁹ celestibus: q̄ sunt prioza simpliciter ⁊ ſm naturam: ⁊ non reperiuntur alie qualitates sensibiles ab alys sensib⁹ exteriorib⁹. igitur ⁊c̄. ¶ Scōo ex ista via arguit principaliter sic. Ille sensus est simplicior ⁊ nobilior cui⁹ obiectū propriuz est simplici⁹ ⁊ nobilius. Sed obiectū propriū visus est bo. igit ⁊c̄. Maior est nota. Minor aūt probaᷓ: qz certū est: q lux que est obiectū propriū visus est simplicior ⁊ imaterialior: q̄ alie qualitates sensibiles ab alys sensib⁹ exteriorib⁹: propterea qa competit corpori simplicissimo: qō est spirituali⁹ ⁊ immaterialius ceteris corporibus: in quo ſm Aristo. nulla est materia: aut forma informans materiam: que est altera pars compositi. Alie autez qualitates sensibiles isequunt composita: vel ratione materie: vel saltem ratione forme a materia cōprehense: Sic apparet discurrēdo per omnes qualitates sensibiles sensuum exteriorz. ¶ Itez ⁊ 3°ex hac via pbatur: q iste sensus est pluriū cognoscitiuus ex vniuersalitate obiecti: qz ille sensus est pluriū cognoscitiuus: cui⁹ obiectū formale ⁊ ppriū reperit in omnibus sensibilib⁹. Sed obiectū sensus visus: sicuti est lux vel color: est bo. igitur ⁊c̄. Maior est manifesta: ⁊ minor etiam patet ex dictis. Et sic ex hac via: scz ex comparatione visus ad obiectuz propriū: p̄mo probatur prioritas nature de ipso. scōo simplicitas ⁊ immaterialitas. tertio vniuersalitas ⁊ communitas in cognoscendo. ¶ Secundo principaliter ex hac via consimilibus rationibus probantur ista tria ex comparatione visus ad sensibile commune: quod est magnitudo: vel quantitas: quia ille sensus videtur esse prior: qui percipit magnitudinem simpliciter priorem. Sensus visus est huiusmodi: quia percipit magnitudinem existentem in corporibus celestibus: ⁊ non contractam ad corpus generabile ⁊ corruptibile: quemadmodum faciunt alij sensus exteriores. ¶ Preterea. Ista magnitudo: q̄ est in corporibus celestibus: non insequitur substantiam ratione materie: sed ratione forme. Magnitudo autem in istis inferioribus insequitur materiam: Sed qualis est ordo forme ad materiā: talis est ordo magnitudinis corporis celestis ad magnitudinem istorum inferiorū. Sed ordo forme ad materiaz est ordo prioris simpliciter ad posterius: vt est de mente Aristotelis. 7. metaphysice. tex. cōmenti. 7. ⁊. 9. metaphysice. tex. cōmēti. iz. vbi vult: q act⁹ est prior potentia simpliciter. igitur ⁊c̄. ¶ Per idem pbatur simplicitas ⁊ immaterialitas de ipso visu ex sensibili cōmuni: quia absolutuz est simplicius ⁊ imaterialius contracto. Magnitudinem absolutam ⁊ indeterminatā ad corpus celeste ⁊ ad corp⁹ generabile percipit sensus visus: ⁊ non aly sensus. igit ⁊c̄. ¶ Et ꝑsimiliter pbaᷓ vniuersalitas: vt pri⁹ argutū est de sensibili cōi. q̄re ⁊c̄.

Ex secunda via arguit etiam tripliciter. primo sic. Ille sensus est nobilior: cuius organum est nobilioris complexionis: Organuz sensus visus est bo. igitur ⁊c̄. Maior videtur nota: quia quuz virtus sensitiua fundetur in organo: Illa virt⁹ est nobilior cuius organum est nobilius: ⁊ melius dispositum ſm cōplexionem. Minor aūt probatur: quia illud organuz est melioris complexionis ⁊ dispositionis: in quo magis residet sensus tactus: sed sensus visus est huiusmodi. q̄ ⁊c̄. maior huius prosyllogismi patet (primo: quia tactus est sensus necessarius ad vitaz animalis: ⁊ ad eius esse. Unde propter hoc concluditur cor esse ꝑncipalissimū membrum animalis: quia in ipso principalius residet virtus tactiua. Unde Arist. in de sensu ⁊ sensato. vult. q sensus tactus ⁊ gustus fundentur in corde) eadez maior prosyllogismi est nota per Aristo. 2. de anima. Qui vult q bomo in tactu excedat cetera animalia. Et vlteri⁹ q quanto complexio corporis humani ⁊ organi est contemperata ⁊ reducta ad quandaz mediocritatem qualitatū ꝑmaruz: tanto magis in ipso est itensior ⁊ efficacior sensus tactus: ⁊ per ipsum sensum viuaciorem melius percipitur obiectuz tangibile. vnde dicit. molles carne mēte aptos dicimus: duros autē ineptos. Et est tex. cōmēti. 94. Minor aūt syllogismi: probatur: quia in illo organo est viuacior sensus tact⁹: quod citissime leditur a nociuis: ⁊ tim sentit contrarium ⁊ nociuum. Sed organuz visus. s. pupilla oculi est huiusmodi. igitur ⁊c̄. ¶ Item scōo principaliter sic. Illud organum videtur esse nobilius: ad cuius conseruationem plura sunt producta a natura. (Ista patet: qz natura non deficit in necessarys: neq; abundat in superfluis. ex. 3. de anima. tex. cōmenti. 45.) Organuz visus est huiusmodi: vt pz de supcilys: palpebris: ⁊ alys: quibus hic sensus cōseruatur: ⁊ a nociuis defenditur. igitur ⁊c̄. ¶ Item tertio. Illud organuz est nobilius ⁊ melioris dispositionis ad actum sentiendi: in quo predominatur elementū quantū ad illud qō est facillime impressionis ⁊ receptionis intentionum sensibilium. Sed sensus visus est huiusmodi. Nam in ipso predominatur aq̄ inquantum perspicua ⁊ diaphona: que q̄litates sunt magis receptiue intentionuz sensataruz: q̄ſ sint qualitates: ſm quas elemēta in alys sensib⁹ predominanᷓ: vt habet videri in. 2. de anima. Et hoc non disputando mō: Utrū oculus sit organū visus: aut nerui obtici: ſz tenendo cōmunem viam: q oculus sit tale organū: hec dicta sint.

Ex tertia via. vz. ex parte medy arguit nobilitas istius sensus. Arguitur etiam tripliciter. p̄mo. nam medium ipsius est simplicius ⁊ purius q̄ſ media aliorum sensuum. Ita q quāto tale medium est subtilius ⁊ limpidius: tanto est melius dispositum ad acceptionem specierum visibilium. Ex hoc arguitur sic. Ille sensus est nobilior cuius medium est simplicius subtilius: ⁊ immaterialius: medium sensus visus est huiusmodi. igitur. ⁊c̄. ¶ Itē secundo. Ille sensus est nobilior: qui recipit intentiones sensatas per medium non solum generabile ⁊ corruptibile: sed etiaz ingenerabile ⁊ incorruptibile q̄ſ sit sensus: qui tātū recipit per mediuz quod est materiale ⁊ corruptibile: sensus visus est huiusmodi: qui immutatur a luce: non solum per aerem: verū etiam per mediū: quod est celum: per quod medium percipit lucē solis ⁊ aliorum planetaruz: aly autem sensus per ista inferiora generabilia ⁊ corruptibilia. igitur ⁊c̄. ¶ Item ꝛ. Ille sensus est immaterialior: ⁊ ex ꝑsequenti certior: qui imutatur per medium: qō recipit spēm sensibilem solum intentionaliter: ⁊ non materialiter. Sensus visus est huiusmodi: ⁊ nullus alius sensus preter ipm. igit ⁊c̄. Maior est manifesta: qz quāto mediū spūalius recipit intentionem sensibilem: tanto organū sensus spūalius immutatur. ¶ Preterea: qz ex scōo de aīa. tex. cōmē. 71. ⁊. 76. ⁊ deinceps: mediū ⁊ organū sunt eiusdem rōnis: quo ad ꝑ

UVA. BHSC. IyR_086_2

Iam qualitatem ſm quam ſpecies ſenſibiles multiplicā
tur in medio ⁊ in orgāno: quia quūz ſpecies ſenſibilis in
medio ⁊ in orgāno ſint eiuſdē rationis: ⁊ paſſiua recipiē
tia ipſas ſpecies erunt eiuſdem rationis. Nam ex ſecun
do de anima. tex. cōmēti. 66. inquit Auerroys. Melius
eſt enīz exiſtimare ꝙ cauſa in diuerſitate materie eſt di
uerſitas formarum: nō ꝙ diuerſitas materie ſit cauſa di
uerſitatis formarū. Unde ſicut diuerſe forme alteri⁹ ra
tionis ſunt in diuerſis ſubis alteri⁹ rationis: Ita forme
eiuſdem rationis ſunt in ſubiectis eiuſdem rationis. Et
ꝓpter hoc Ariſ. in ſcō de anima. concedit orgānū ⁊ me
diū eſſe eiuſdēz rationis: qz ſpecies in medio ⁊ in orgāno
ſunt hȝ. minor ꝓncipalis ꝓbaꝝ: quia mediū per quod
viſus recipit ſpeciem viſibilem tm̄ immutatur immuta
tione intentionali: ⁊ non īmutatione naturali. Uoco aūt
immutationem naturalem: quādo paſſum recipiens for
mam ab agente recipit ipſam formam ſm illud eſſe rea
le: aut ſm diſpoſitionem materie conuenientem forme:
ꝓut forma eſt in agente: Immutationem autem inten
tionalem voco: ſm quam paſſum recipit intentionem ⁊
ſpeciem forme: non autē ipſam formam. Modo ſic eſt:
ꝙ ſenſus viſus tm̄ recipit ſpeciē obiecti viſibilis: ⁊ ſimi
liter mediū: ⁊ non recipit ipm obm̄: aut formaz eius ſm
eſſe reale. Aly autem ſenſus immutanꝫ vtraqz īmutatio
ne: ⁊ ſimiliter mediū ipſorz. Naz in tactu ⁊ in guſtu orga
nū ⁊ mediū alterantur alteratiōe ſimpliciter: quia orga
nū ⁊ mediū in immutatione tact⁹ realiter alteranꝫ ſm
caliditatem aut frigiditatem. Huſtus ⁊ eius mediū alte
rantur etiaz alteratione ſimpliciter recipiendo realiter
ſapozem. Odoratus ⁊ mediū eius ſimiliter alteranꝫ alte
ratione ſimpliciter ſm odozem realiter multiplicatū in
medio ⁊ in orgāno. Similiter dicēdū eſt de auditu ⁊ ei⁹
medio: que non tm̄ immutantur ſm alterationem ſim
pliciter: verū etiam ſm motū localem aeris ſonū deferē
tis. Et fozte ad hanc intentionē dixit Ax. 7. phy. tex. cō
menti. iz. Et ipſi ſenſus alteranꝫ. patiunꝫ enim: act⁹ enīz
ipſorz motus eſt per corp⁹ patiente aliqd ſenſu. q̄re ⁊c.

Ex via vltima ex parte actus arguiꝫ nobilitas: ⁊ di
gnitas: ⁊ perfectio: iſtius ſenſus tripliciter. ꝓ
mo: ille ſenſus eſt perfectior qui cognoſcit duo ꝛtraria ſil
eque perfecte ⁊ diſtincte: ac ſi eſſet vnius: q̄ſ ſint illi ſen
ſus: qui confuſe ⁊ indiſtincte percipiūt hȝ contraria. Sē
ſus viſus eſt hȝ ⁊ nullus alius ꝓter ipm. igitur ⁊c. Ma
ior eſt manifeſta. Minor aūt ꝓbaꝝ. Nam certuz eſt: ꝙ
ſi ponantur ante oculos duo contraria ſcz albū ⁊ nigruz:
ſenſus viſus percipiet vtrūq; diſtincte: ⁊ ꝓceptio vni⁹ nō
impediet perceptionem alteri⁹. Aly aūt ſenſus ſic perci
piunt contraria ⁊ oppoſita: ꝙ vnū impedit cognitionem
alteri⁹. Ratio ꝓ ſenſu viſus eſt: qz obiecta non īmutāt
ipm niſi itētionaliꝫ: ⁊ per ſpecies que ſimul in ſuis actua
litatibus vltimatis poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Qz
ſi obiecta ſunt contraria: ſpecies ipſorū aut etiam ſenſa
tiones non ſunt cōtrarie. Ratio ꝓ alys ſenſibus ē per
oppoſitum ad iſtud qđ nunc dictū eſt: qz aly ſenſus non
tm̄ recipiunt ſua obiecta intentionali: verum etiam re
aliter: recipiendo ipſa ſm eſſe ꝓprium reale ipſorum:
⁊ quia contraria non poſſunt recipi ſimul in eſſe reali in
aliquo ſubiecto in vltima eorum actualitate: ideo nullus
aliorz ſenſuum poteſt percipere ipſa contraria perfecte et
diſtincte ſm ꝓprias eorz actualitates: ſed ſenſatio vnius
impedit ſenſationem alterius. ¶ Item ſcō ex hac via
arguitur ſic. Actus vidēdi eſt vniuerſalioz: ⁊ ad plura ſe
extendens: igitur actus iſte eſt perfectior ⁊ nobilior. ꝓ
ma patet: ⁊ antecedēs ꝓbatur. Nam per actuz videndi ſi
mul attingimus plura obiecta: vt dictū eſt: ſimulq; attin
gimus magnitudinez quātūcūq; magnam: ⁊ etiam figu
ram cuiuſcūq; quantitatis. Tactus aūt non attingit ⁊ co
gnoſcit ſimul niſi magnitudinem determinate quāita
tis ſm ꝓportionem ad orgānum: per qđ exercetur ſen
ſatio tactus: ſimulq; non attingit plures magnitudines
⁊ figuras diſtincte. Et per oppoſitū ſenſus viſus ſil' perci
pit viſibilia plura poſita ante ipſuz. igitur ⁊c. Qđ dixi de
tactu idem dicenduz eſt de alys ſenſibus particularib⁹:
ꝙ non percipiunt: niſi vnum obiectū ſenſibile diſtincte
⁊ determinate quantitatis. ¶ Tertio ex hac via arguiꝫ
ſic. Actus videndi eſt certior ceteris ſenſationib⁹ ſenſuū
exteriorum. Igitur viſus excedit oēs alios ſenſus. Cōſe
quentia eſt euidens: ⁊ antecedēs ꝓbatur. Nam certum
eſt: ꝙ ille actus eſt certior: per quē magis certificaꝫ intel
lectus de re cognoſcibili: vt ſuperius arguebatur. Actus
videndi eſt hȝ: qz vbi aliquod ſenſibile percipiatur per
viſuz: ⁊ per alios ſenſus: ſi cetera ſunt paria quantuz ad
diſpoſitionem orgāni ⁊ medy: magis ſtatur iudicio ſen
ſus viſus: q̄ſ aliorum ſenſuuz. Hoc etiā iudiciuz de re co
gnoſcibili magis inſegtur intellectus: qđ declaraꝫ. Naz
illud qđ percipitur per ſenſuz viſus: magis īprimiꝫ fan
taſie ⁊ imaginatiue: que ſunt virtutes īmediate deſerui
entes itellectui: q̄ſ illa que percipiunꝫ ab alys ſenſibus.
Cuius rei ſignū eſt: qz ſomniātes magis ſomniant de re
bus viſis: q̄ſ de alys: que ab alys ſenſib⁹ percipiūtur. Ex
quo infertur: ꝙ intellectus magis moueꝫ a ſenſibilibus
per viſum: q̄ſ ab alys aliorum ſenſuum. Ex his omnibus
apparet veritas concluſionis ꝓpoſite. ¶ Scōa conclu
ſio eſt iſta. Senſus auditus magis facit ſcire: quo ad ſciē
tiam habitam per doctrinam. Iſta cōcluſio patet ex ſen
tentia Ariſt. de ſenſu ⁊ ſenſato. vbi habet: ꝙ ſermo audi
bilis exiſtēs cā eſt diſcipline nō ſz ſe: ſz ſm accidens. Et
paruz ante. Dozū aūt ipſorz ad neceſſaria qdez melior ē
viſus: ⁊ ſm ſe. Ad intellectū aūt ⁊ ſm accn̄s eſt auditus.
Uñ ſcia quedā eſt habita per doctrinā: quedā eſt habita
per ꝓpriā inuētionē: ⁊ illa que eſt per inuētionē eſt ſim
pliciter ꝑfectior illa que habeꝫ per doctrinā. Uiſus aūt (quū
ſit prior ſenſus prioritate cōmunitatis ⁊ vniuerſalitatis
vt dcm̄ eſt) cōfert ad ſciam ſimplr priorē ſm ſe. Sed ad
ſciam poſteriorē que eſt per doctrinā confert auditus: q
eſt magis limitatus ⁊ determinatus ad determinata co
gnoſcibilia. ¶ Aduertendū tm̄ ꝙ auditus dr̄ plus cōfer
re per accn̄s ad ſciam: ꝓpterea: qz non ſic confert: niſi ex
aliquo qđ eſt accn̄tale obo audibili: inq̄ntum eſt audibi
le: aut īmutatiuū auditus. Ex inſtitutione. n. ⁊ per accn̄s
vox audibilis eſt expreſſiua conceptus: qđ non competit
ſibi ex nā talis obi: ſz preciſe a voluntate humana ſic iſti
tuente ⁊ determināte. Cui obo audibili ſic īpoſitū eſt: vt
ſit ſignū expreſſiuū concept⁹: qz voces audibiles ſunt ſic
promptiſſima ſigna ad hos ꝛcept⁹ exprimēdos pre cete
ris alys ſenſibilib⁹ q̄ ſt̄ oba alioꝛ ſenſuū. ⁊ ſic pz ad qōez.

De vltimo art⁹ Ad argumēta ꝓncipalia rn̄detur.
¶ Ad ꝑm ꝙ Ari. intelligit: ꝙ ceci na
ti ſunt ſapientiores q̄ſtum ad ſciam habendā per doctri
nā: per accn̄s tm̄ vt dictū eſt. Sed ſurdi ⁊ muti habentes
viſuz ſunt ſapiētiores cecis q̄ſtum ad ſciam habitā per i
uentionē ⁊ per ſe: ad quā viſus per ſe ⁊ directe conducit.
¶ Ad zm̄ arg m̄ rn̄deꝫ: ꝛcedēdo maiorē: ⁊ negādo miorē.
Et ad ꝓbationē rn̄deꝫ ꝙ cetera non ſūt paria. Uiſus. n.
iudicat baculū exn̄tē in aq̄ p mediū groſſū ⁊ idiſpoſitū.
Tact⁹ aūt iudicat ſuū ꝓpriū ſenſibile imē tc: aut p mediuz
ſufficiēter diſpoſitū: ⁊ ſic certi⁹ ē iudiciū tact⁹ q̄ viſus: qz
cetera nō ſūt paria. ¶ Pōt ēt dici: ꝙ iudiciū qđ vr̄ fieri
p viſū n̄ ē ipſi⁹ viſus: ſz ſenſus cōis: qz nō hz viſus iudicaꝫ
de ſenſi⁹ niſi de colore: ⁊ de alys: q̄ ſpectāt ad nāz coloris.

UVA. BHSC. IyR_086_2

Similr de magnitudine ⁊ de q̃titate: sed non hz iudicare de his que accidunt magnitudini ⁊ q̃titati: quēadmodū forte est eē cōtinuuz aut discontinuū. ¶ Actū aut intergrū: que ptinent ad iudiciū altioris sensus. Et ꝑm hoc dixit Ar. 2° de aīa. tex. cō. 63. Et nō decipit visus: qm̃ color nec auditus: qm̃ sonus. Hz qd colorati aut vbi: aut qd sonās. Innuens per hec q̄ acc̃tia q̃ adueniunt sensibilibus ꝓprys: aut cōib⁹: nō sunt iudicāda per sensus particulares exteriores. ¶ Pro maiori tm̃ itelligentia hui⁹ responsionis notādū est q̄ sensatio vnius sensus pōt cōparari ad sensationē alterius: vel due sensatiōes possunt cōparari ad aliq̄ vnū obm̃: quod percipitur ⁊ cognoscitur per vtrāq; sensationē. Si ꝑmo modo: dicimus sensationē visus esse certiorem quacūq; alia sensatione. Si 2° modo: cognitio que fit per duos sensus est certior q̃ illa que fit per vnū tm̃. Et ita si vnuz sensibile cognoscit per sensuz tact⁹ ⁊ per sensuz visus certi⁹ cognoscit q̃ vbi cognoscat solū per visuz. ¶ Ad 3m̃ argumentuz respondet cōcedendo maiorē: si cetera sint paria: ⁊ ad minorē dicit q̄ hz sensus visus sit vnius cōtrarietatis tm̃: qz tamē obiectū suū in plurib⁹ reperit q̃ sensus tactus: Ideo visus est pluriū cognoscitiuus. ¶ Pōt etiā dici q̄ sensus tact⁹ non est vnus: vt est duarum contrarietatū nisi māliter ⁊ subiectiue: sic q̄ in quacūq; parte nerui: aut organi tact⁹ fundat potētia pceptiua vnius cōtrarietatis: fundatur ⁊ alia alterius contrarietatis: que potētie se cōsequuntur: quēadmodū extrema istaruz cōtrarietatū pceptibilia a sensu tactus se cōsequūtur: qz sicut qualitates actiue. vz. caliditas ⁊ frigiditas fundātur in qualitatibus passiuis que sunt humiditas ⁊ siccitas: ita tactus pceptiuus contrarietatis inter caliditatem ⁊ frigiditatē vel ipsoz extremoz contrarietatis fundatur in tactu: qui est pceptiuus alterius contrarietatis. Unde qualis est ordo māe ad formā: talis est ordo istarū qualitatum tāgibiliuz: qō declaratur: qz qualitates passiue. s. humiditas ⁊ siccitas consequuntur compositū rōne māe cuius est pati ⁊ recipere. Qualitates aūt actiue consequuntur compositum rōne forme: ergo sicut forma fundat in mā tanq̄ in subiecto: ita tactus perceptiuus qualitatis actiue fundatur in alio qui est pceptiuus q̃litatis passiue. Unde in quacūq; etiam modica parte nerui predominatur aliq̄ qualitas ⁊ dispositio: per quā neruus percipit vnā ꝯrarietatem: in eadem etiā est alia qualitas: per quā neruus percipit aliā contrarietatem: seu extrema ipsius. ¶ Qz aūt sint duo ꝓbatur: ꝑmo sic. Impossibile est vnū sensum tactus bēre simul ⁊ semel duos actus pfectissimos. hoc. n. nō concedit de itellectu: de quo magis videt. Et rō hui⁹ est: qz vnus pfectissimus adequat sibi totā virtutē potētie in p̄° actu. Si g̃ secuz cōpateret aliuz actuz pfectissimū: ꝑmus nō adequaret: ⁊ sic simul adequaret ⁊ nō adequaret. Sed tactus simlr pōt bēre duos actus pfectissimos. Probat: tactus siml sentit aquā frigidā ⁊ humidā esse. Hz non eodem actu. probo. qz impossibile est actuz sentiendi esse respectu talis obiecti: quo remoto eēt iste actus sentiēdi: Hz remota frigiditate ab aqua (qō nō ē impossibile vel p nām: vel p artē vl̄ per potētiā diuinā) adhuc tact⁹ sentit humiditatē ei⁹: ergo actus sentiēdi humiditatē aque non est respectu frigiditatis eius: nec est actus sentiendi frigiditatē. Sunt ergo duo actus ⁊ perfectissimi: quoz vnus ab alio non dependet: vt visum est. ¶ P. 2. ꝓbatur idez sic. Rō obiectoz formaliter diuersoꝝ non est respectu eiusdem actus: quū actus numeretur ⁊ mensuret ab obiecto suo formali. Hz humidum ⁊ frigiduz sunt formalr diuersa. ergo ⁊c. ¶ P. 3°: ab aqua inq̄tum frigida recipit vna species in organo tactus: ⁊ inquātum humida alia species in eodem organo. Spēs. n. frigiditatis non est species humiditatis: hz species in organo est ꝑncipiū actus vel formale: vel saltem inclinatiuum. Quū igit ex duobus ꝑncipys disperatis: non ordinatis adinuicē: non egrediat idez actus: sequitur q̄ actus sentiendi frigiditatem ⁊ humiditatem aque sunt diuersi. Ex quo concluditur: q̄ tactus est vnus materialiter ⁊ subiectiue. non autem formaliter. ¶ Sed contra istam determinationem instatur: qz si tactus sunt duo: aut differunt numero: aut specie. non numero: qz sunt in eodem subiecto: qō non esset ꝑm cōmunem opinionez si solo numero differrent. Similiter alter eoꝝ superflueret: qz quando aliqua sunt eiusdem speciei: a quocūq; potest poni vnum ⁊ aliud. Igitur a quacūq; contrarietate vel specie sensibili imutaretur vnus tactus ⁊ alius: qz que sunt eiusdem speciei: quicquid competit vni: nō repugnat alteri. Nec potest dici q̄ differant specie: qz species vniuersi non sunt eq̃les: quū se habeāt sicut numeri. ex. 8. meta. tex. cōmēti. 10. Ergo vnus tactus erit perfectior alio. Hz hoc videtur falsum. quia eque perfecte tactus sentit vnā contrarietatem sicut aliam. ¶ Ad hoc dicendum est: q̄ illi tactus differunt spē: sicut ⁊ obiecta formalia. ¶ Ad obiectionez dicendū est: q̄ ille perfectior est: qui est perfectioris contrarietatis scz calidi ⁊ frigidi. Et quū dicis. q̄ vnus eque perfecte sentit suum obiectum sicut alius. Dicenduz est: q̄ quilibet eque perfecte ꝑm proportionē attingit suum obiectum: sed non eque perfecte simpliciter: ⁊ ꝑm adequationem actus ad actum: aut potentie ad potentiā: vt diximus in questione precedēte de difficultate in cognoscendo. Exemplum huius est. Oculus bois eque perfecte ꝑm proportionem potentie ad obiectū visibile videt solem: sicut oculus aquile. Sed nō eque perfecte ꝑm adequationez: qz actus videndi aquile est perfectior: quia acutior ⁊ limpidior q̃ actus videndi hominis. Sic dicenduz est in proposito de sensationibus istorum sensuum. ¶ Ad vltimum respōdetur. q̄ qualitates tangibiles non sunt priores simpliciter: vt allegatum est superius de mente Aristo. ibidem. vbi vult. q̄ obiectuz visus sit prius natura qualitate tangibili: sicut superius expositum est ⁊ declaratuz. Hz qualitates tangibiles ex eo dicunt ꝑme: qz in quocūq; susceptiuo sunt qualitates tangibiles: visibiles: ⁊ audibiles. Tangibiles presupponuntur ab alys: vt priores respectu dererminati susceptiui: scz respectu corporis mixti ⁊ elementati. Cum hoc tamē stat: q̄ (nō determinando istas q̃litates visibiles ad corpus mixtū aut elementatū) sint priores simpliciter: sic q̄ eis nō repugnat esse in aliquo susceptiuo sine istis qualitatibus tangibilibus. Dicēdum est etiam ad minorem q̄ vbicūq; est posterius: ibi est prius: verum est vbi prius est de essentia posterioris. Sic animal est de essentia hominis. Hz dato q̄ qualitates tangibiles essent priores: non sunt tamē de essentia lucis ⁊ coloris: loq̄ndo de colore extensiue. Ex quo segtur q̄ alicubi poterit reperiri lux ⁊ color vbi nō erit qualitas tangibilis.

¶ Alia quidem igitur imaginationibus ⁊ memorijs eueniunt. Tex. prologi. Nō. V.

Dubitatur p°. Utrū cogitatiua distinguatur ab extimatiua. Et argr auctoritate. s. Thome ⁊ Auerroys. q̄ virtus cogitatiua nō distinguit a virtute extimatiua sic. Nulla virtus ꝑpo nenda nisi ꝓpter aliquam operationem: que debz sibi competere ⁊ non alys. Sed nulla opatio pōt cōpetere vtuti extimatiue q̃ nō ꝑtet

UVA. BHSC. IyR_086_2

virtuti cogitatiue: ergo extimatiua nō distinguit a cogitatiua. maior est mānifesta: minor ät ꝓbat. extimatiua n. bz cōponere intētiones reseruatas in memoratiua ⁊ imaginatiua. sz ꝫ idē ꝑt facer cogitatiua: g̃ supfluit extimatiua ꝑter cogitatiuā: ita q ꝫ iste vtutes ñ sūt distincte.

Ad oppositum dubꝫ arguit: ois po^{a} organica sensitiua ōterminatur ad certū gen^{us} sensibiliū. qm̃ disp̄o ipsi^{us} ꝫsistit in media ꝓportione illi^{us} generis: vltra qō nō ꝑt se extēdere. Sed cogitatiua est virt^{us} organica: ⁊ ōterminat ad intentōes sensatā: g̃ nō poterit apꝓhēdere intētiones nō sensatas: neq; ipas ꝓponer. g̃ oz dare virtutē supiorē q̃ sit apꝓhensiua istaꝝ intētionū ⁊ ipsaꝝ compositiua.

Respōdeo breuiter. tenēdo opinionē Auic. q extimatiua distinguit a cogitatia. ¶ Pro resp̄sione tñ ad arg^{m} añ op^{m} notādū: q virtutes q̃ bñt ordinē essentialez iter se: sic se bñt: q illa q̃ est supior est plurū cognoscitiua: sicut appet in exēplo ō sensu pticulari exteriori: ⁊ sensu cōi. Et de sensu interiori: ⁊ intellectu. Virtutes sensitiue iteriores: ⁊ maxime cogitatiua ⁊ extimatiua bñt ordinē essentialē: ⁊ vna subordinatur alteri: g̃ illa q̃ est supior. s. extimatiua poterit plura cog̃scere q̃ cogitatiua. ⁊ ita cū intētiōes nō sensate nō apꝓhendant a cogitatiua ꝫ viā Auic. apꝓhendent ab extimatiua. ¶ Et q ꝫ appet rñsio ad arg^{m}. Dicēdo q necessitas ponēdi extimatiuā distictā a cogitatiua: ē apꝓhēsio aliquoꝝ obiectoꝝ: q̃ nō pñt apꝓhendi ab aliquo sensu iteriori: aut exteriori. ¶ Sub eodez tex. q̃ritur.

Vtrum imaginatiua ⁊ memoratiua sint po^{e} apꝓhensiue: ⁊ cognoscitiue. Et arꝫ q sic. q̃ exp̄imur ī nobis q recordamur alicui^{us} ꝑteriti inq̃tū ꝑteritū est: ⁊ sil^{r} imaginamur. Sz ista imaginatio nō ꝑt eē act^{us} cogitatiue aut extimatiue: q̃ tunc cogitatiua aut extimatiua eēnt memoratiua: qō nō ꝓcedit. Neq; ēt ꝑt eē act^{us} sēsus cōis ⁊ sensus ꝑticularis exteriorꝭ: q̃ iste po^{e} nihil apꝓhēdūt nisi ī pñtia rei sensibilis: g̃ act^{us} recordatiōis ē memoratiue ⁊ imagiatiue. Ex q̃ ꝯsequitur q ipe sūt cognoscitiue pfectiori mō etiā q̃ aliq̃ alia po^{a}. q̃ illa po^{a} dicitur eē pfectior ī cognoscēdo q̃ cognoscit difficilioza: sed ita est q difficili^{us} est cog̃scere ꝑteritū inq̃tuz ꝑterituz: aut futuꝝ inq̃tū futuꝝ: ⁊ sic cog̃scere ē act^{us} memoratiue ⁊ imagiatiue: g̃ iste vtutes pfecti^{us} sūt cognoscitiue.

Ad oppositū tñ arg̃. Actiuo totali nāli ⁊ passiuo sil^{r} approxiatis ⁊ nō ipeditis de necessitate sequit actio: sz actiuū totale p te sensatio nis ⁊ nāle est obn̄ sensibile pñs ī se vel ī spē sēsibili. passiuū nāle a tali obiecto ē ipe sensus. ⁊ ista duo sunt ī po^{a} memoratiua ⁊ imagiatiua. g̃ ī ipis sp̄ ꝯsequtur act^{us} memorādi ⁊ imaginādi respcū illoꝝ obiectoꝝ: q̃ꝝ spēs sunt ī ipsis. vl^{r} saltē po^{a} memoratiua sp̄ bēbit actū recordationis respectu illi^{us} obi ad qō ipsa po^{a} memoratiua magis nāliter iclinat. Sed oppositus exp̄imur in nobis: g̃ memoratiua ⁊ imaginatiua: non sunt po^{e} cognoscitiue.

Pro rñsione ergo ad arg^{m} p̄mittit p̄mo q po tētia memoratiua nō ē po^{a} tñ reseruatiua spēi: vez ēt est aliq̃ po^{a} cuius ē apꝓhēdere aliquē actū ī nobis ꝑteritū iquātū ꝑteriit^{us} est obn̄ ꝓximū recordationis. De ꝫ videas sco. in. 4. dis. 45. q. 3. vbi diffinit memoria. Memoria ē recordatio alicui^{us} actus ꝑteriti iquātū ꝑteritus est: qui fuit suppositō recordāti. ¶ Scōm p̄missus est: q ab actu exīte in nobis defluit q̃dā species ī memoratiua: aut in aliq̃ potētia reseruatiua speciꝝ: q̃ retinet similitudinem actus: qua postmodū defluēte ⁊ redeunte ad cogitatiuā seu extimatiuā potest virt^{us} cogitatiua aut extimatiua ꝯsiderare ipm actum non pñtem in se: sed ī spē. ⁊ non tm̄ potest hoc facere talis virtus: verū etiā ꝑt pcipere totuz fluxum tpis inter instās in quo prefuit talis actus in nobis: ⁊ instās pceptiōis pñtis. Nec obstat q iste fluxus dicat esse ens successiuū. q̃ successiuū sicut est motus: est p se sensibile. Silr si dicas q iste fluxus q est mot^{us} sit numerus: hoc non ipedit: quin possit percipi a po^{a} sensitiua: qm̃ numerus est p se sēsibilis. ¶ Q̃ si dicas: q potētia sensitiua non ꝑt pcipere actuz ꝓpriuz: aut sensationē ipaz: qm̃ hoc arguit reflexionē potentie super actū: que reflexio ꝓuenit ex īmaterialitate potētie. ¶ Respōdeo q po^{a} sensitiua non pōt percipe actū proprium in se: dum sibi inest in se: ⁊ in exñtia ꝓpria. Sz bene potest pcipere actuz ꝓpriū pñtez in aliq̃ spē q̃ p defluxum ab aliq̃ potentia reseruatiua: mouet ipaz potentiā ad ꝯsiderationez ipsi^{us} actus repsentati per talez spēm. ⁊ sic cognoscere actū ꝓpriuz nō arguit reflexiōez potentie sup actuz. ¶ Ultimo est notādū q po^{a} memoratiua: ⁊ vl^{r} q̃cūq; potentia reseruatiua speciꝝ ꝯsistit in opposita disp̄sitiōe nāli ei que est apprehēsiua ipoꝝ obiectoꝝ. reseruatiua. n. ꝯsistit in maxima siccitate ⁊ frigiditate. qm̃ sicci aut frigidi ē bene retinere. Sz apprehensiua ꝯsistit ī disp̄one calida ⁊ humida: qm̃ humidi ē facile apꝓhēdere. ⁊ p caliditatē fit defluxus spirituū deferētiū spēs ad ipaz potentiā apprehensiuam.

Ex his oībus apparet rñsio ad arg^{m}. Luz dicis q actus memorādi ⁊ recordādi nō est act^{us} cogitatiue: aut extimatiue. Dico q actus memorandi est act^{us} cuiusdā aggregati ex po^{a} memoratiua: ⁊ ex potētia cogitatiua seu extimatiua. Nā memoratiua nō ē tm̄ ilia po^{a} q̃ reseruat spēs: verū etiā alie po^{e} apꝓhensiue ꝯiūcte cū ipsa memoratiua. Dr̄ tm̄ appropate attribui act^{us} recordādi reseruatiue: ꝓpterea q p spēz reseruataz in ipsa fit īmutatio cogitatiue aut extimatiue. Et qō dixi de actu recordādi: dico ēt de actu imaginādi: dicēdo q imaginatiua non tātum est potentia q̃ reseruat spēs: verum etiā aliqua apprehensiua sibi coniuncta q̃ īmutat a specie aliqua reseruata in ipsa imaginatiua ⁊c̄.

¶ Experientia quidem singulariuz est cognitio. Textu prologi. Nō. VI.

Vtrum natura obiecti sēsibilis sit obn̄ p̄mū ⁊ formale sēsus. Et arguit p pte negatiua. ꝓsupponendo: q qñcūq; ē aliqō vnū p̄mus obn̄ alicuius potētie: pōt illud attingi p se a tali potētia. Jsto stāte arꝫ sic. Qñcūq; aliq̃ potentia hz aliqō vnū p̄mū obn̄: ꝑt illō cognoscere. Sz ita ē q potentia sensitiua hz nām obiecti sensibilis p p̄mo obiecto formali: g̃ poterit cognoscere tale obn̄: ⁊ ulteri^{us} cū cognoscat ꝫ singulare: poterit cognoscere dr̄iaz iter singulare ⁊ nāz cōez obiecti sensibilis: sz cognoscēs extrema alic^{us} dr̄ie: poterit cognoscere ipaz dr̄iaz: q̃ dependet ab extremis: g̃ sēsus particularis exterior cognoscit talez dr̄iā: sz hoc ē falsuz: g̃ illud ex quo sequtur. ¶ Et ꝓfirmat: q cū differētia ista iter nāz cōez ⁊ ipz singulare: nō possit esse nisi dr̄ia rōnis: sequtur q sēsus exterior percipiet differētiā rōnis: ⁊ ita cognoscet relationē seu respcūz rōnis. Et q seq̃tur arguit. q differētia q̃ ē iter albedinē: exēpli gratia: ⁊ hāc albedinē: aut ē subalis: aut accñtalis. Nō substātialis: q albedo nō differt ab hac albedie eēntialr̄. vt pz. Neq; etiaz ista differentia ē accñtalis realis: q si ē accñtalis realis

UVA. BHSC. IyR_086_2

aut est p accñs propriũ: aut p accñs cõe. Nõ p accidens propriũ: qz tale ꝓpetit p se vtriqz: supiozi: ꝛ inferiozi: g̃ p tale accñs nõ distinguunt. Nõ p accñs cõe: qz tale accñs ꝑmo cõpetit iferiozi ꝛ scõdario supiozi: g̃ ꝺria nõ ꝑt sumi penes tale accñs. Si g̃ erit aliq̃ ꝺria: erit precise ſm accidẽs rõnis: ergo ſensus pcipiet talẽ differẽtiã sumptaz ab accñte rõnis. Sed oĩs talis ꝺria q̃ accipit ab accidẽte rõnis: est ens rõnis: g̃ ista ꝺria rõnis pcipiet a ſensu.

¶ Scõo ꝓncipaliter argr. Data veritate iſti⁹ qꝺ nã obiecti ſensibilis ſit obñ ſensus: ſequtur qꝺ ſensus erit po⁹ abſtractiua: ꝓñs est falſus. g̃ ꝛ añs. ꝓña ꝓbat. qz qñcũqz potentia apꝓhẽdit aliqꝺ vnũ obñ realr ꝓiũctũ cũ altero. ꝛ apꝓhendit illud ſine illo: po⁹ cognoſcẽs abſtrahit vnũ a reliquo. ſed ita est: qꝺ nã obiecti ſensibilis ẽ realr ꝓiuncta cũ ſingulari: ꝛ ipſa pcipit a ſẽſu ſub ꝓpria rõne: ꝛ nõ ſub rõne ſingularitatis: g̃ talis po⁹ ĩ cognoſcẽdo: abſtrahit nãz a ſingulari. Et ꝓfirmat. qz scõo phi. Mathematicus abſtrahit q̃titatẽ a mã ſenſibili: qz ꝓſiderat talez quãtitatẽ ſine ipſa mã: cui ꝓiũgit realr. ¶ Tertio argr. Data iſta poſitiõe: ſequtur qꝺ ſpẽs ſenſibilis in ſenſu eodẽ mõ repſentabit obñ ſenſui: ſicut ſpẽs itelligibilis ĩ itellectu. Cõſequẽtia ꝺclarat. Naz ſpẽs ſenſibilis ĩ ſenſu repreſentat ipaz nãm ſub rõne nãe: ꝛ hoc idẽ repñtat ſpecies itelligibilis in itellectu. g̃ habeat ꝓpoſitũ. ¶ Oz ſi tu ꝺicas: qꝺ ſpẽs itelligibilis repñtat nãz vt est ĩ multis. ꝛ vt ꝺ multis. Cõtra: eẽ ꝺ multi ẽ relatio rõnis ꝺpẽdens ab itellectu poti. ſz ſpẽs itelligibilis ꝓcedit oẽz actũ itelligẽdi: g̃ nõ ꝑt repñtare nãz vt est ĩ multis: ꝛ de multis.

Ad oppoſitum tamẽ argr. Illud est obñ formale po⁹ ſenſitiue: qꝺ ẽ ratio mouẽdi ꝛ terminãdi actũ po⁹ ſenſitiue. Iſta ꝓpõ ꝑz qñ obiectus formale ſe hz ad mãle ſicut quo ad qꝺ: ꝛ obiectum formale est id p qꝺ obñ materiale mouet potentiã aut terminat actum eius. ſed ita est qꝺ obñ ſenſibile non mouet neqz terminat ipſaz potẽtiã ſenſitiuã niſi ſub rõne nãe: qꝺ ꝓbat. qz ſicut in actione realı rõ mouendi ꝛ terminãdi est ipſa nã vt ꝓcedit ab oĩb⁹: ita ẽt in actione intẽtionali. ergo in actiõe ſensus nã obiecti ſẽſibilis erit rõ mouendi ꝛ terminãdi actũ ſensus. Et cõfirmat. illud est rõ terminãdi ꝛ mouẽdi potentiã ſenſitiuã: ſub qua aliqd cognoſcit ꝛ attingit a po⁹. ſed ita est: qꝺ obñ ſenſibile attigit ꝛ cognoſcit ſub rõne nãe: ꝛ non ſub rõne ſingularis (vt in qõne de vnitate nature ꝺclarabit: ꝛ ampli⁹ in. 7. metaphy. deo dãte) ergo rõ nãe: est ratio mouendi ꝛ terminãdi: ꝛ ex conſequenti ſequitur ipſam eſſe obiectum formale ſenſus.

In iſta qõne ꝑmo ꝑmittẽt aliq̃ notãda. Scõo respõdebit ad arg⁹ ante oppoſitum.

Pro determinatiõe igr qõnis ꝑmittunt q̃tuoz. p̃m: qꝺ ſẽſus nõ pcipit nãm ſine ſingularitate: ſz neceſſario illã apꝓhẽdit in ſingulari: licet ipſa nã ſit rõ apꝓhẽdendi ꝛ cognoſcendi. Unde ſicut in actione reali nã est rõ agendi. ſingularitas ãt est ꝺditio neceſſaria ꝓcomitãs talẽ rõnem agẽdi. Et ſilr ſicut nã est rõ terminãdi ĩ tali actione reali: ꝛ ſingularitas ꝺditio neceſſario annexa tali nãe: vt est rõ terminãdi huiuſcemodi actionẽ: ita ꝺcim⁹ pariformiter ĩ actiõe itentiõali obiecti ſenſibilis ĩ ſẽſu. ¶ Aduertendũ ſcõo. qꝺ differũt itellectus ꝛ ſensus in apꝓhendẽdo nãm ꝛ ſingularitatẽ. vterqz. n. ꝙuenit in hoc: qꝺ neuter tã ſensus quã itellect⁹ apꝓhendit ſingularitatẽ diſtinctã a nã. Neqz diſtictã ꝓtra aliaz ſingularitatẽ. Intellectus tñ differt a ſensu ĩ hoc: qz nãm ipſaz ſeoꝛſum a ſingularitate percipit ꝛ cognoſcit: qꝺ nõ facit ſensus. Et rõ iſtius ꝺrie ẽ ex pte itellect⁹: qz ſpẽs itelligibilis ipſi mitur. nõ tñ ab obiecto in fantaſmate qꝺ est ſingulare: vex ẽt ab itellectu agẽte: q est virtus abſtracta ſm esſe a mã: ꝛ ẽt ſm opationẽ. qz ei⁹ est abſtrahere ꝺditaz a ꝺditiõib⁹ idiuiduatib⁹: ꝺcente ꝓmen. z. de aĩa cõmen. 18. Si ꝺditates eſſent abſtracte vt poſuit ꝓla. nõ indigeremus itellectu agẽte. qz igr ſpẽs itelligibilis gignit virtute intellect⁹ agẽtis (cui⁹ est abſtrahere tales ꝺditates) repñtat ipſa ſpẽs nãz abſtractam a ſingularitate: ꝛ ita itellectus poſſibilis potest apꝓhẽdere ꝛ cognoſcere ipaz nãm ſine ſingularitate: ſpẽs ꝝ ſenſibilis (qz totaliter cãtur ab obto ſenſibili ſingulari: ſicut a cã totali ꝛ adequata) hz repñtare nãz ipſam: nõ ſolũ ſub rõne nãe: vex etiã ſub rõne ſingularitatis: qz ad ipaz cãndaz nõ ꝓcurrit aliq̃ virt⁹ abſtractiua. ¶ Est tertio aduertẽdũ: qꝺ ſingularitas nõ ſit rõ apꝓhẽdendi ꝛ cognoſcẽdi ĩ actione ſensus: cõcedit tñ eſſe obñ cognituz: vel ꝑs obiecti cogniti. Nunq̃ tñ est mod⁹ obiecti ſub quo obñ cognoſcit: ꝛ vt ſic nõ est rõ cognoſcẽdi. ¶ Ultimo notãdũ ẽ qꝺ cũ potẽtia cognoſcitiua hẽat apꝓhẽdere obñ ſuũ ſz aliquã vnitatẽ: cũ ſensus nõ apꝓhẽdat obñ ſenſibile ſz vnitatẽ ſingularẽ: apꝓhẽdet tale obñ ſm vnitatẽ nãe. Ita qꝺ nã ꝛ erit rõ cognoſcendi ꝛ erit rõ cognita. In qua cognitiõe (vt ꝺctũ est) neceſſario ꝓcurrit ipſa ſingularitas vt ꝑs obiecti cogniti. Oz aũt obñ ſenſibile ſic cognoſcat ſz vnitatẽ nãe: aliqualr ꝺctũ est ĩ ꝓcedẽtibus. Nã obñ ſub ea rõne cognoſcit: ꝛ ſub illa vnitate: ſub q̃ mouet po⁹ cognoſcitiuã: qz eadẽ est rõ mouendi ꝛ terminãdi: ſed obñ ſenſibile mouet ſub rõne nãe: ꝛ nõ ſub rõne ſingularis. ergo ꝛc. Probat. ꝟ ẽt eſſe de mẽte Ari. in. z. de aĩa: tex. ꝓmẽ. 63. vbi vult qꝺ ſensus pticularis nõ decipit circa ſuũ ꝓpriũ ſenſibile: ꝛ hz qꝺ viſus nõ decipit circa colorẽ: qñ color. Neqz auditus circa ſonũ: qñ ſonus: ſed circa qd est coloratũ: aut vbi est coloratuz. ex quo vult hr̃e qꝺ viſus apꝓhẽdẽs colorẽ ſm vnitatẽ nãe non decipit circa tale obiectũ quo ad talẽ vnitatẽ apꝓhenſaz: ſed bene quo ad ꝺditiones cõcomitantes naturam. Ex quo vult habere: qꝺ natura est ratio apꝓhẽdi ꝛ cognoſcendi reſpectu ſenſus.

His poſitis de ſcõo arti. rñdet ad ꝑmũ argu. añ op⁹ ꝛ ei⁹ ꝓfirmationẽ: qꝺ ſensus apꝓhẽdit colorẽ: ꝛ hũc colorẽ. ſed ĩdiſticte: nõ diſtinguendo colorẽ ab hoc colore: qz nõ diſtinguit nãz a ſingulari tate. vt ꝺctũ ẽ: ꝛ ſic ceſſat oĩs qõ. ¶ Ad ſcõz arg. reduco argumẽtũ ꝓtra ipz. Oĩs po⁹ cognoſcens aliqꝺ vnũ obñ ꝓiũctum cũ alio realr: vbi tale obiectũ apꝓhendat ſine illo: potẽtia cognoſcẽs abſtrahit ꝛ cognoſcit abſtracte. Iſta est tua. ſed ſensus q cunq̃ pticularis: ĩmo ẽt interioz ſm recte ſentiẽtes pcipit accidẽtia ſenſibilia ꝓiuncta realiter ipſi ſubẽ: ꝛ pcipit talia accidẽtia ſine ſubiecto: ergo oĩs ſensus cognoſcit abſtracte. ꝟclusio ẽ falſa: etiã ſz te: ergo aliq̃ premiſſaꝝ: nõ mioꝛ vt ꝺ ſe ꝑz: g̃ maioꝛ q̃ est tua. Ideo rñdet ad formã argumẽti: ꝑmittendo: qꝺ duplex ẽ abſtractio: q̃dã est ſpẽi ꝛ ſilitudis ab ipa re: ꝛ iſta cõpetit itellectui ꝛ nõ ſẽſui. ſensus. n. nõ abſtrahit ſpẽm ſenſibilẽ ab obiecto ſenſibili qz ſpẽs ſenſibilis gignit: ſicut a cã totali de obiecto ſenſibili. qcqd ꝺcit nõnulli Scotiſte. ꝟ est de mẽte ꝺoc. ſub. in ꝓ ſnia ꝝ: diſt. 3. q. 6. ꝛ. q. 7. Iſta abſtractio ſpẽi ꝛ ſilitudis nõ est ab aliquo ꝓius cognito: ſed iſta abſtractio est ab icognito: qz intellect⁹ agẽs abſtrahẽs ſpẽs itelligibilẽ a fantaſmate nõ cognoſcit ipz fantaſma. Scõa abſtractio est ſz operationẽ: ꝛ est qñ aliqꝺ vnũ icludẽs plures rõnes cognoſcibiles: precise ꝙcipit ſm vnã illaꝝ: illã abſtrahendo ab alia rõne pri⁹ cognita. Et iſta abſtractio ſp ꝓſupponit illud a quo fit abſtractio eẽ ꝓius cognitũ. Applicãdo ad

UVA. BHSC. IyR_086_2

propositū.sensus non ꝑcipit nām colozis abstrahēdo a singulari:sic ꝙ ferat in colozē post cognitionē singularis.sed fit apphēdit vtrūq;.sed dato ꝙ apphenderet colozē sine hoc colore.qō est falsuz.adhuc nō segtur ꝙ ipe abstraheret:nisi addat ꝙ ꝑcognosceret ipz singulare: ꝛ isto mō nos dicim⁹ mathematicū abstrahere q̄titatez a mā sensibili:qz ꝑ itellectū cognoscit māz sensibilem:a q̄ postmodū ꝑscindit ipsaz q̄titatē ꝑ itellectū: ꝓsiderādo q̄titatē sine ipsa mā sensibili. Et ꝓ B ꝓz ad cōfirmationez. ¶ Ad vltimū argu.negatur ꝓntia:ꝙ species sensibilis ꝛ itelligibilis eodē mō repñtet.spēs.n. intelligibilis repñtat nām sine singularitate:eo ꝙ gignit mediante virtute abstractiua:q̄ ē itells agēs:ꝛ ita spēs intelligibilis ꝛ in essendo ꝛ ī repñtādo est abstractioz q̄z sit spēs sensibilis in repñtādo:qz repñtat obm magis abstracte in ēndo:qz recipit ī subto imāli ꝛ iextēso.spēs vo sensibilis est mālis repñtādo:qz repzesentat singulare materiale:ꝛ est mālis in essendo:qz recipit in subiecto materiali ꝛ extenso.quare instantia nlla. ¶ Et per hec sit sufficienter dictum quantum ad istam questionem.

¶ Cum bis singuloz cognitiones maxime sūt ꝓprie sensibus. Tex. ꝓlogi. Qō. VII.

VLterius mouet alia difficultas. Utz singularitas sit cā sine qua nō.in actiōe sensus respcū nature mouētis ipz sensuz: ¶ Et argt ꝓmo ꝙ nō:qz data veritate isti⁹:seqret:ꝙ singulare non bret ꝓpriā spēz in sensu.ꝓñs est falsuz:ꝛ ꝓña ꝓbat.sic se bz singularitas ad nāz sensibilē: quēadmodū q̄titas ad colorē.quantitas.n.est cā sine q̄ non.respcū colozis ī actiōe ī sensuz:sz q̄titas nō cāt ꝓpriaz spēz in sensu:ḡ neq; ēt singularitas. ¶ Itē scōo argnt.Et est ꝓfirmatio ꝓozis arguñti.si singularitas nō bz ꝓpriā spēm i sensu:ḡ spēs sensibilis repñtabit ipsam nāz vlem.quo dato segtur ꝙ sensus cognoscet nāz vlez. ꝓñs ē flm. Nā si cognitio sensus ē nāe vlis:q̄to aliq̄ po⁸ sensitiua erit cōioz:tāto bēbit obm cōius:quo dato segt (cū cogitatiua ꝑcipiat oēs ītētiones.io. ꝑdicamētoz ℔m Cōmētatorē) ꝙ cogitatiua ꝑcipiet aliq̄z nāz cōem oib⁹ ꝑdicamētis:sz talis nā ē trāscēdens:ḡ cogitatiua cognoscet nāz trāscēdētē.ꝓñs ē flz:igr ꝛ añs. ¶ Et ꝓfirmat:qz vlis poterūt eē ī po⁸ sensitiua. Nā spēs ꝑ te cāta a singulari sensibili repñtat nāz vlez:sz nō ē maioz rō ꝙ vnum singulare sensibile causet vnā spēz vlis q̄ aliō.ḡ qōlibz singularia sensibilia apphēsa a sensu:tot erūt spēs vliuz in sensu. ¶ Itē tertio argr̄ ꝑbādo:ꝙ sensus nō bz spēm tiua ꝑ talē spēz cognosceret nāz vlez sub rōne vlis. ꝓñs est flz.ꝛ falsitas ꝓñtis ꝓbat. Nam ō rōne vlis ē ꝙ sit de multis ꝛ ī oib⁹ suis iferioz ib⁹.ḡ nullū vle ꝑt cognosci:nisi cognoscat:vt ē ī oib⁹ suis iferioz ib⁹:sz illa:ī qb⁹ nā vlis vlez:nisi cognosceret ista ifinita.ḡ sensus nō poterit cognoscere nāz segtur. ¶ Itē vltio argr̄.si cognosceret sensus istā nām vlez:qro quo cognoscit ipm singulare sensibile: aut cognoscit ꝑ eādē spēz:aut ꝑ aliā.si ꝑ eādē:ḡ quot sūt singularia sensibilia:tot erūt spēs vliuz.ꝓñs ē flz.igr ꝛ añs: si ꝑ aliā ꝛ aliā:cū magis vle distinguat ex nā rei a minus vliuz ī sensu:ꝛ ita multiplicabūt spēs vliuz ad multiplicationem singulariū in sensu.

Ad oppositū tiōem argr̄. Illud ē cā sine qua nō:qō est necessario reqsitum ad hoc ꝙ causa possit attingere suum effectū:sine q̄ cā ēt nō est in po⁸ ꝓpinqua ad suum effectū ꝓducendū.sz singularitas ē hꝺ.qō ꝓbat.qz sic ī actiōe reali singularitas est ꝺditio ī cā nēcio reqsita ad causandū:ita etiam in actione intentionali.ꝛ ergo sicut ibi est causa sine qua non.ita ꝛ hic.

Pro solutione istiꝰ difficltat] ꝑmittūt ꝑ duo nōbilia. z⁹ soluēt arguñta.

Quantum ad ꝑm arti.ꝑ ꝑmittit ꝙ sic ē alia rō cognoscēdi:ꝛ alia ratio cognita. ⁊ Ratio cognoscendi ī actiōe sensus (vt dictum est) est ipsa natura. ⁊ Rō vero cognita ē totū obm qō cognoscitur a sensu:ꝛ qōlz qō ē ps obti cogniti:vel q̄si ps ēentialr in ipso inclusa: Ita alia ē rō repñtādi ī spē sensibili repñtāte:ꝛ aliud ē obm qō repñtat. ⁊ Rō repñtādi ē ipa nā.qō adequate ꝛ ꝑ repñtat ē totū singulare. ⁊ Rō repñtata.vt ps. est ipa singlaritas. Ex q̄ ꝓcludit:ꝙ spēs sensibilis ꝑ repñtat ipm singulare:sz ñ nisi sub rōne nāe. ita ꝙ sz singularitas dicat eē rō repñtata idistincte:nūq; tñ ē modꝰ: aut rō repñtādi:sz solū nā:qō ꝓbat:qz spēs sensibilis repzesentat obz sub ea rōne sub q̄ ipzimit.sz nō ipzimitur sub rōne singularitat]:sic ꝙ singlaritas sit rō ipzimēdi: vt ꝑn⁹ formale agēdi ī ipz sensum:sed solū ipa nā:ḡ spēs sensibilis repñtabit obm sub rōne nāe.qūo āt singularitas ñ sit rō agēdi:neq; ī sensuz neq; ī itellcm̄:dicet in.q. 35. Utz singulare sit ꝑ se itelligibile a nobis. ¶ z⁹ nōn⁹ est ꝙ sz nā apphēdat a sensu:nō tñ apphēdit sub ratiōe vlis ī actu:ꝛ rō ē:qz nā vt ē vlis in actu:est nā ī se abstracta ab oi supposito:ꝛ indifferēs ad qōlibz tale. Sensus aūt non percipit naturam sic abstractaz:sed solū in singulari:ḡ nō ꝑcipit naturaz sub rōne vlis in actu.

Ex his de scōo arti.rñdet ad ꝑm argu⁹ m añ oppositū: ꝓcedēdo ꝙ quēadmodū se bz q̄titas ad colorē:sic se bz singularitas ad nāz.ꝛ ꝓcedit vlteri⁹: ꝙ sic q̄titas nō ipzimit ꝓpriā spēz ī sensuz:ita nec singlaritas: ꝓcedo tñ ꝙ ipz singulare sensibile bz ꝓpriā spēm repñtatiuā ipsi⁹:sz nō sub rōne singularitat]:sz sub rōne nāe: vt dcm̄ ē. Uñ aliō ē dꝛe:ꝙ aligd sit illud qō repñtat.ꝛ aliō ē dicere ꝙ sit rō repñtādi. Ut dcm̄ ē.singulare ē illud qō repñtat. sed singulare vt singulare (B ē sub rōne singularitat]) nō ē rō repñtādi:sic nō ē rō cognoscendi. ¶ Ad z⁹ argu.rñdet. ꝙ spēs sensibilis nō repñtat ipaz nām sub rōne vlis in actu:sz nām in singulari:ꝛ ita etiā cognoscit ipam. Et ad aliud qō tu infers:ꝙ si sensus cognoscit obm sensibile sub rōne nāe:ꝙ cogitatiua cognoscet nāz trāscēdētē.ꝓcedo ꝓñs ꝛ ꝓñtiā:isequēdo opionē illā q̄ dicta ē. Dico tñ ꝙ talis nā trāscēdēs nō ꝑcipiet a cogitatiua nisi in aliq̄ singulari:ꝛ cū aliq̄ singularitate: ꝛ ex B nihil mali segtur. ¶ Ad aliud qō erat scōa cōfirmatio.negat ꝓña.qz plitas spērū ē ex pluralitate repzesentabiliū:sz cū nā vlis sit vna:quot q̄t spēs repñtabunt ipsaz:repñtabūt tāq; vnā nāz vlez. Uerūtñ ꝓcedo ꝙ q̄libet spēs singularis imꝑssa ab obto sensibili: repñtabit ipsaz nāz:ꝛ repñtabit vt vnā:nō vt ples: Loq̄ndo ōvnitate sibi ꝓpetēte. Ex q̄ segt:ꝙ oēs spēs repñtātes naturā vlez:erūt ꝑcise vna obiue ꝛ repñtatiue.licz possint eē plures formalr. ¶ Ad z⁹ ꝑncipale negat ꝓña.cognoscere.n.nāz vlez ī po⁸ sufficit cognoscere ipaz ī B singulari: aut ī illo.ꝛ nō oz cognoscere ipaz vt ī oib⁹:imo ēt nec intellect⁹ itelligēs nām vlez ī actu ō necessitate cognoscit oia illa:ī qb⁹ nata ē eē ipa nā:qz ad B ꝙ cognoscat talis nā sub rōne talis vlitatis:sufficit cognoscere ipaz sic abstractā a q̄libz supposito:ꝛ idifferētez ad qōlz suppositū indistincte:i q̄ ipa nata ē repiri.sz nō oz qōlibz suppositū: ī quo nata ē eē distincte: ꝓcipi ab itellectu:ꝛ ita argumē-

UVA. BHSC. IyR_086_2

tū nihil ꝯcludit. ¶ Ad vltimū rñdeť: ꝙ p eādē ſpēz cognoſcit ſingulare ⁊ vl'e: qz ſic ſe hz obz ad obm: ſic ſe hz repñtatiuū ad repſentatiuū: ⁊ ſpēs ad ſpēm. ſz ſingulare ꝯtinet eēntial'r oīa ſupiora ⁊ vl'ia. ḡ ꝯtinet oīa iſta cognitiue: ſic ꝙ poterit facere oīa iſta actu cognita in poⁿ cogniſcitiua ipoꝛ: ḡ ſic ſe hz ſpēs multiplicata a tali obto: ꝙ ſic p̄mo repñtat tale obm: ita repñtabit virtual'r qōlz inclusum in tali obto eēntial'r vel virtual'r: ⁊ ita potentia p eandez ſpēz ſingularis poterit cognoſcere vl'ia cōtēta in ſingulari. Nūq̄z tñ ſenſus iſta cōtēta in ſingulari cognoſcet ſub rōne vl'is i actu: vt dcm̄ ē freq̄nter. qr̄ ⁊c.

¶ Actus eniz ⁊ gnātiones circa ſingulare ſunt.

Tex. prologi. Qō. VIII.

Uia cōcurrēs arguit cōtra vnū dcm̄ doctoris ſub. p̄ meta^cc. q. 6. ꝙ ab hoc moueri ⁊ ab illo moueri non p̄ot abſtrahi aliq̄ vnū cōe qđ ꝯpetat alicui vl'i p̄mo. Ut argu^m ſoluat adducit ipugnatio ſua. ¶ Et argr̄ ſic ꝺ Doc. p̄ſupponēdo ꝙ eſt dr̄ia iter accn̄s cōe ⁊ ꝓpriū: qm̄ accn̄s ꝓpriū fluit a ꝓpꝛis p̄ncipys ſpēi: ⁊ p ſe p̄ ꝯpetit vl'i: ſed accn̄s cōe p̄ fluit a p̄ncipys idiuidui: ⁊ p̄ ꝯpetit ſingl'ari. iſto ſtāte argr̄ ſic. Data veritate iſti^o pōnis ſeq̄t ꝙ nulla dr̄ia ē iter accn̄s ꝓpriū ⁊ cōe: qđ ꝓbať: qz p te ab ℔ moueri: ⁊ ab illo moueri abſtrahit vnū cōe qđ ꝯpetit ſubto vl'i p ſe p̄. Sz ita ē ꝙ ipz moueri ē accn̄s p accn̄s: ⁊ accidēs cōmune. Igitur accidens per accidēs habebit aliquod vnū cōe: p qđ tale p̄dicatū ineſt plurib^o vniuoce.

¶ Itē ꝓfirmať ℔. Nā qđ ineſt plib^o p ſe: ineſt eis ex aliq̄ cā intrinſeca: qm̄ pſeytas iherētie p̄dicati formalis ad ipz ſubm̄ ē ex cā itrinſeca: vt alſ dcm̄ eſt. Sz talis cā itrinſeca i ſubto: nō ē aliqd ꝓpriū alicui ſingulari ⁊ idiuiduo: qz tūc p̄dicatum tm̄mō ineſſet illi ſingulari: i quo eēt cā ꝓpria illi^o p̄dicati. Igiť dabiť aliquod vnū cōe: p qđ tale p̄dicatū ineſt plurib^o vniuoce.

¶ Itē ꝓfirmať ℔: qz ſcia nālis: q̄ ē vera ſcia: nō ē niſi de gditatib^o rer̄ ſz phz. 6^o metaphyce: ſz ō gditate coꝛpis phyci p̄t iſta paſſio ōmōſtrari. vz. mobilitas. Quiditas aūt coꝛpis phyci nō ē pticularis: ſz poti^o vl'is: aut plibus cōicabilis. Igiť mobilitas vel eē mobile poterit ōmōſtrari: nō ſolū qz ℔ coꝛpus ē mobile. cum ōmōſtratio ſit vl'ius ſiť ⁊ ſcia. ex. 7^o metaphyce. tex. c. 53. ⁊ p̄ poſterioꝛ. Igitur boc erit per medium cōe ⁊ vniuerſale. Tale aūt non erit niſi natura cōmunis. Igitur ⁊c.

His premiſſis reſpōdeť ad arguñtū adductū i p̄n^o. Dōo: ꝙ moueri capiť duobus mōis. Uno mō i actu. alio mō in aptitudine. Si p mō eſt accn̄s p accn̄s. Si 2^o mō ē accn̄s ꝓpriū: ⁊ vt accidēs ꝓpriū: hz aliq̄ vnuz cōmune: cui per ſe primo cōpetit qđ nō hz: vt accn̄s p accn̄s. Et qñ Anto. An. dicit ꝙ ab ℔ moueri: ⁊ ab illo moueri abſtrahiť vnū cōe moueri: accipiť moueri: vt dic̄ aptitudinem ⁊ nō actum. Et ad ℔ facit qđ dic̄: ꝙ ipz moueri ē aliq̄ paſſio ꝯſiderata ō aliquo ſubto. ſ. i phia nāli. ¶ Uñ ꝯcedo ꝙ accn̄s ꝓpriū differt ab accīte cōi i duob^o: quoꝛ p^m ē: ꝙ cōpetit alicui ſubto nec̄io p cāz itrinſecā ⁊ nec̄iam: qz ſubm̄ ꝯtinet tale accn̄s virtual'r ꝯtinētia nec̄aria ⁊ effectiue ⁊ cognitiue. Effectiue: qz cauſat tale accn̄s: vl' ſaltez icludit p̄ncipia eēntialia effectiua talis accn̄tis. Sic ꝙ ſi diſtiguerentur real'r tale accidēs ſufficiēter ꝓduceret ineſſe: vt alſ dixim^o. Cognitiue. qz cognoſcēdo ſubm paſſiōis cognitiōe diſtincta: poſſum^o facil'r cognoſcere paſſionem: ſic cognoſcēs cāz diſtincte cognoſcit effectum ſcōz i quo differt: qz tale accn̄s (ex q̄ hz cāz itrinſecaz nec̄iaz i tali ſubto) inſequitur rōnē formalē ſubti i quocūq̄z repiť talis rō formalis. Ecōuerſo aūt accn̄s cōe i nullo ſubto: ſic neceſſario ꝯtineť: quin tale ſubz poſſit ſepari a tali accīte: ſaltē q̄tū ad itellectū eēntialē ipi^o: ita ꝙ nō repugnat ſibi eē ſine tali accīte. Ulterius tale accidens nō ſequitur nām ſubti: vt nā eſt: ſed vt in aliq̄ eēntia ſingulari: ⁊ vt exñs: ⁊ hz eſt qđ dr̄: ꝙ tale accn̄s fluit ex p̄ncipys idiuidui: qz inſequitur idiuiduum quo ad exiſtentiam actualez ipſi^o. Et ſic patet reſponſio ad queſtionem.

nes q̄s Ax.distinguit ipsas mutatiōes:igr gnōnis vniuo/
ce z eguoce erūt distincte forme ꝟz spēm terminātes bꝫ
mutatiōes. ¶ Probat 2°.pncipalr.ꝓpositio Cōmē.si ea/
dē nā posset cōicari ex semie:z p putrefactionē:eadē nā
fieret nālr z a casu.pbat.q̄ fiūt vniuoce:z ex semie fiunt
nāliter:z que equiuoce:fiūt a casu:ꝙs illatū ē euidēter
falsuz:qz qō fit a casu ē oppositū ei qō fit a nā:nā ꝑmum
fit ꝼm itētionē nāe.2ᵐ ꝑter intētionē nāe:ex bꝫ ēt seq̄re/
tur ꝙ aliq̄ vna tota spēs posſz fieri a cāu. Et tūc vltra cū
illud qō fit a casu possit fieri indifferēter ex q̄lz:z ex ifi/
nitis materys:aliq̄ vna spēs sic fieri posſz ex semie asini
z indifferēter ex q̄libz mā. ¶ Itē qō fit a casu ē mōstruo/
suz:z qōlibz tale ē iperfectū:z bꝫ nō itendit a nā.igr talis
nā nō poterit fieri vniuoce. ¶ P̄.3°.pncipalr.pbat.ꝓpō
Cōmē.si gnābile aliqō vnū ꝟz spēz pōt gnāri vniuoce z
eguoce:aut gnābit eguoce sp:z ō necessitate:aut freqē/
ter:zvt in plurib⁹:aut raro:z ī pauciorib⁹.nō ꝑmo mō.qz
nūq̄ gnāret vniuoce:neq̄ 2° mō:qz qō frequēter euenit
nāliter euenit:igr talis effcūs eēt effect⁹ nālis sue cause:
qō nō cōcedit.igr tale gnābit raro:ſz qō raro euenit ca/
sualr euenit:z qōlibet tale ē oppo^m ei qō fit a nā:vt pau/
lo añ deductū est:igr tale gnābile nūq̄ gnābit vniuoce.

Ad oppositum est Ax.7.meta.tex.c.23. vbi
bz:quedā.n.z illic eadē z ex
spmate fiūt z sine spermate:ex bꝫ argr sic.si eadē aīalia
fiūt ex spmate:z sine spmate:aut Ax.itelligit ꝙ eadē ꝟz
nūez sic fiūt:aut eadē ꝟz gen⁹:aut eadē ꝟz spēz.si ꝑ mō.
qz nihil vnū z idez nūero fit aut fieri pōt vtroq̄ mō:sic
ꝙ fiat ex spmate z sine spmate:z ꝑterea aīalia q̄ fiūt si/
ne spermate nō possunt eē eadē nūeraliter:cū bis q̄ fiūt
ex spermate:qz nihil idē nūero gnāt se:ex 2° de aīa.tex.
cō.7. Nec auctas Ax.intelligit ꝙ eadē ꝟz gen⁹:qz ꝑmo
Ax.eēt valde īartificialis z nullus:cū oē bñs sēsuz quo/
cūq̄ fit z genereť ē aīal:igr Ax.itelligit p ly eadē.idēti/
tatē specificā:z si sic habeť ꝓpositum.

In ista.q. ꝑmo recitabunť due opiniones extre/
males:que nō tenenť. 2°ponet opinio
media ꝓbabilioz:vltio resp̄debit ad argu^ta pncipalia.

Circa ꝑmū est opio Auerroys.cōmē.pallegato.in.8.
phys̄icoz tenēs nulla aīalia genita p putrefa/
ctionē seu eguoce eē eiusdē rōnis cū aīalib⁹ genitis ex
semie:q̄uis in multis accñtib⁹ videanť silia:p qua opi/
nione sūt rōnes adducte supi⁹i pede q̄stionis:q̄ opio fal/
sa est:si sic itelligať de oīb⁹ aīalib⁹ vlr:sīc rōnes sue ꝑten/
dere videnť:que eque ꝓcedūt de aīalib⁹ ipfectis:sīc de
perfectis:cui ꝺdicit magnus theologus Aug.3.de trini.
ca.5. Aīalia tā multa nulla mariū feminarūq̄ ꝛmixtiōe
ꝓcedēte:siue in terra:siue ī aq̄:que tñ crescunt:z coeū/
do alia pariūt:cū illa nullis coeūtib⁹ parētib⁹ orta sint:
z rō Augustini ē:qz genitū p putrefactiōez ꝓpagat a⁹ite/
rū ꝓpagātia:ſz aīal ꝓpagās aliō ex semie ē vniuocū ꝓpa
gato:qz gnō q̄ ē ex semie ē vniuoca:gnō āt vniuoca ē qñ
ꝑn^m formale:qō ē for⁹ gnānt] z termin⁹ formalis q̄ ē for⁹
geniti sūt eiusdē rōnis formalis vl eiusdē spēi. igr geni/
tū p putrefactionē:z p ꝓpagationē sūt eiusdē spēi: assū/
ptū āt pz:ī apib⁹ z muscib⁹:z euidēs ē ō plātis:qz plante
eguoce gnāte ꝓducūt semē:ex q̄ gnānť alie plāte eiusdē
spēi. Silr ipsemet Cōmē.cōcedit ī accñtib⁹ gnōnē fieri
ab vniuoco z equoco.vñ 2°de celo z mundo.cō.42.cō/
cedit calorē gnāri vniuoce a caloze ī substātys:z ēt equi/
uoce ex motu z ꝓcursu radioz. Cōcedit ꝑterea hoc idez
de substātys.s.ō igne 3°ō celo.cō.56.vbi bz ꝙ exit⁹ ignis
de lapide nō ē ō cap. trāslatiōis:ſz ō cap. alteratiōis:bꝫ ē
nō gnātur p lationē:ſz p alterationē:gnātur ēt ignis per
motū localē:vt expsse ponit.iz.meta.cō.18.z ꝑ methau/
roz ō ipressionib⁹ ignitis:bꝫ idē affirmat Auer.in gnōne
aīaliū.iz.meta^ce.cō.18.cōmēdādo opionem Themistij.
vespe ingt ipe videť fieri ō corpib⁹ equoz mortuoruz z
apes ō corpib⁹ vacaz:ꝙ āt oīa p̄dicta gnāta eguoce:sint
eiusdē spēi cū gnātis ex semie z vniuoce. pbat.qz q̄ bñt
easdē opatiōes circa eadē obta:z ab eisdē causis ꝑficiū/
tur ab eisdē corrūpūť:eosdē bñt mot⁹:siue q̄m ad sursuz:
siue q̄tū ad deorsuz:siue q̄tū ad motū ꝓgressiuū:z bñt
eadē organa mot⁹ ꝓgressiui:sunt hec oīa eiusdē spēi: sed
eadē organa mot⁹ ꝓgressiui:sunt hec oīa eiusdē spēi: sed
aīalia genita p putrefactionē:z per propagationez sunt
bꝫ.ergo ꝛc. Maior ꝑz.discurrēdo per singulas partícu/
las ei⁹:opatio.n.facť scire formā:sīc trāsmutatio māz:mā
sīc trāsmutatio ē actus māe:ita opatio formez:z si ꝛlegť
ꝓpositū:bꝫ ē rōne formez:opationes aūt circa eadē obie/
cta sūt eiusdez rōnis:vt ondit Ax.2°de aīa qz po⁹ diuti/

UVA. BHSC. IyR_086_2

guūt ꝑ actus ꝛ actꝰ ꝑ obta: ꝛ rō est: qꝫ effcūs hz distingui ꝑ a cā pticulari: ꝛ nō vl'i: poª aūt est cā vl'is respcū actꝰ ꝛ opationis: obm aūt ē cā pticularis: igr ab obto opatio magis distiguit specifice. ¶ Lōfirr: qꝫ visio albi ꝛ visio nigri distiguūt ſm spēz: qō nō eēt nisi obm ꝑmo distinguere actum: ꝛ sic obm ꝛcurrit vt ꝑncipiū distictionis specifice: ita ꝛcurrit ad vnitatē specificā. Neqꝫ valz qō dr a nōnullis qꝫ opatiōes distiguūt ex poª q̄ recipit opatiōnē: cū mā distiguat actū ꝛ formā ex. 8. meta. tex. com. ii. nā gegd sit de mā ex q̄ ō qua cōcedit qꝫ distiguit aliquo mō effcū spē: loq̄ndo ō mā ꝛpōnis: q̄ inexistit rei: tam mā in q̄ nō sic distiguit. aliogn albedo ī ligno ꝛ ī lapide nō eēt eiusdē spēi: ꝛ ēt si daret qꝫ talis mā distigueret in formis subalibꝰ: nō tn ꝛcedēdū ē ō formis accntalibꝰ. ꝛ postremo si daret de formis accntalibꝰ q̄ educūtur de poª māe: nō tn de his que nō sic educūt: quēadmodum sunt opationes sensitiue: que sunt circa eadē obta: ꝛ ſm spēz: ꝛ ſm genꝰ. Cause ēt eedē ꝛseruatiue: aut eedē corruptiue ꝛcludūt idētitatē effcūs: qꝫ effcūs distincti ſz speciez hūt cās distictas ſm spēm ꝛseruatiuas ꝛ corruptiuas. Lōsilr motus ꝛsiles arguūt vnitatē in nā quā cōsequūtur: vt oñdit Ax. ꝑmo celi. ꝛ Lōmēt. ibidē cō. 8. motus vnus non prouenit nisi ex vnitate nāe. Deide eadez orgāna motus cōcludunt ꝑpoª. Nā vt dicit Lōmē. ꝑ ō aīa. cō. 53. mēbra leonis nō differunt a mēbris cerui: nisi qꝫ aīa differt ab aīa: sī mēbra nō distinguūt spē seu orgāna aialiū: nz aie ipsoꝝ. ¶ Lōfirmaꝫ ꝟ ꝑ Salie. ꝑ ꝑlonū ꝛ alios medicos q volūt qꝫ ꝛpositio ꝛ figura sequ cōplonē aialis: est. n. ꝛpositio dispositio q̄dā: siue ordiatio mēbris officialibꝰ attributa complonē ꝛnis. Arguit ꝑ ꝛpositio ꝑlonē: ꝑplo vero eadē formā eādē: cū sit ꝑpriū forme instīm in eodē istāti iductū in mā: ī quo forma substātialis iducit: hoc idē dr de figura: cū figura sit ex q̄litatibꝰ eēntialibꝰ associatis formis subalibus ꝑfectis. Et sic ꝑz. maior assumpta ī ꝑncipali arguēdo: qꝫ q̄cūqꝫ media gnāliter possunt ꝛcludeꝛ vnitatē specificā siue sumptā ex accidētibꝰ: siue ex opationibꝰ ꝛcludūt ꝓpositū sic vel sic gnātoꝝ. ¶ Preterea. ꝟdic Auerroy Ax. magr suꝰ in. 7. meta. tex. cō. 23. vt argutū ē ad oppositū. q. vbi vult qꝫ sicut aliq̄ fiūt ab arte ꝛ a casu: qñ. ſ. ꝑncipiū ē ī mā sine arte q̄ eēt ꝑncipiū motus factiōis: sī idē fieret ab arte ita vult qꝫ q̄dā nālia fiant a nā ꝛ casu: q̄dā nō: ꝛ Lōmē. ī eodē. 7. cō. 31. vult qꝫ illa possūt gnāri sine semīe: ꝛ ꝑ ꝛnis equoce: in quoꝝ mā pōt iduci virtute celesti aliq̄ virtꝰ similis virtuti seminis ī ꝓpagatis. ¶ Aduertēdū tn qꝫ Lōmēta. nō vult aīalia genita ꝑ putrefactionē cōnumerari iter genita a casu: vñ in. 12. meta. cō. 13. hz becverba: Et ſz hoc subē q̄ fiūt ex putrefactione collocanꝫ in eis q̄ fiūt ex ꝛueniētibꝰ nō in eis q̄ fiūt ex casu: ea. n. q̄ fiūt ex casu nō hūt ordinē: neqꝫ sūt spēs intēte a nā: iste aūt videnꝫ eē spēs intēte a nā: ſz tn diminūtē a spēbus gnātis ꝑfe ꝛ mſe: ꝛ plura eoꝝ fiūt in tēpozibꝰ ōterminatis: nisi ē igr ī istis dr qꝫ fiāt casu. Hec Lōmē. Uñ si vnq̄ ī casu ꝟ pōt exponi duobꝰ modis. vno mō ſm viā cōez qꝫ dici eē ꝑ se: ꝛ a casu: sī. n. referaꝫ ad cām ꝑticularē q̄ ē causa putredinalis fit a casu: qꝫ talis calor nō itēdit nisi resoluere corꝑ in elenta: ꝛ nō intēdit nālr gnōnē aīalis qō fit: quēadmodū intēdit virtꝰ que existit ī semine: ō quo natū ē gnāri aīal: sī vo hz gnō aīalis putrefacti referaꝫ ad cām vl'em: q̄ ē virtus celi regitiua oium que fiūt nālr hic inferiꝰ: nō euenit a casu: ſz est ꝑ se itēta. nā de intētione vl'is cause ē: vt oēs forme que sūt in poª māe ad actū deducanꝫ. Uel aliter pōt dici ad intētionē Lōmē. qꝫ generatio putrefactoꝝ quo ad sitū māe putrefacte in tali loco sub tali ꝛstellatione ē euentus casualis: sed postquā mā est sic dispositā ꝑ influxū celestē: ꝛ ꝑ calorē indu: ctū ab influxu celesti: qꝫ ꝓducaꝫ talis ſpēs aīalis vel talis ad quā hz ꝓportio: seu habilitas māe disponit: ꝛ hoc a vtute formatiua: que ē a tali influxu. hoc ē ꝑ nāz. ꝛ nālr aīal gnātur: ꝛ ꝑ se. Nec rōnes Lōmēta. ꝓ opione sua concludūt ꝺ aduersariū: vt dicē rndēdo ad argu ꝓncipalia.

¶ Est ꝛ alia opinio penitꝰ huic ꝺria que est Auicenne dicētis qōlibz aīal q̄tūcūqꝫ pfectū posse gnāri vtroqꝫ mō equoce ꝛ vniuoce: ita qꝫ nō incōuenit hoiem posse gnāri ex putrefactiōe ꝛ ex semīe: ꝛ hoc hz ipse in tractatibꝰ de diluuys q̄ fiūt ꝑ ignē ꝛ aquā: voluit. n. qꝫ stelle cōmixte viribꝰ elentoꝝ oia formare possint ꝛ pficere: ꝛ nām non regrere feminā: nisi ꝓp locū bn accōmodatū gnōni: ꝛ iō dicit matricē nō exigi ad gnōnez: nisi vt melꝰ formetur embrio: et qz raro repit pfectus locus gnōnis alicꝰ aīal sicut ē hoīs ꝓp repētinas mutatiōes elentoꝝ: ideo ꝓuidit nā certuz locū: q est matrix femine: ſz tn ꝛtingit qñqꝫ locū gnōnis cuiuscūqꝫ aīalis eē cōtēperatū ī elentis: ꝛ tūc asserit stellas ꝓducere illi aīalis spēz: cui locus est cōtēperatus ꝛ dispositꝰ in ipsis. Et fundamēta istiꝰ opinionis possūt eē ista. vnūqōqꝫ ē nāliter gnābile ex his ī que resoluit: ſz qōlibz aīal imediate resoluit in elenta. igr qōlibz aīal ē imediate gnābile ex cōmixtiōe elentorū sine semīe: vt arguaꝫ sic: quoꝝ ē sīlis modus resolutionis: est ēt sīlis modus gnōnis: sed oium aialiū est sīlis modus resolutionis: qz oia aīalia imediate resoluūtur ī terrā. q̄ oium aialiuz est similis modꝰ gnātionis ex terra: ꝛ per ꝛnis si aliqō aīal pōt gnāri imediate ex terra: ꝛ qōlibet sic pōt gnāri. ¶ Scōo argr. ꝑ ista opinione. cōtrarioꝝ sunt cause cōtrarie: sed gnātio ꝛ corruptio hoīs sunt mutationes cōtrarie. ergo gnātionis ꝛ corruptiōis sunt ꝓncipia contraria. Lōstat autem qꝫ corpora celestia cum elementis sunt sufficiētia ꝓncipia corruptiōis oium aialiū absqꝫ agente vniuoco sue speciei. ergo similiter corꝑa celestia cū elementis cōtrario modo se habentibꝰ sunt sufficientia ꝓncipia generationis oiuz animaliuz absqꝫ agente vniuoco ꝓprie speciei: qz nō ē maior ratio: q̄re corꝑa celestia cum elemētis sint ꝓncipia sufficientia corruptionis: ꝛ non sint ꝓncipia sufficientia generationis. ¶ Tertio argr. qō pōt virtus inferior potest superior: ꝛ eo amplꝰ ꝛ nobiliori modo. ꝓbaꝫ ista. qz virtus inferior agit mota a superiori: ꝛ causalitas sua est totaliter dependēs a superiori: igr ois cālitas cause inferioris virtualr ꝛ eminēter cōtinetur in supiori: ſz agētia particularia ꝓducunt aīalia perfecta: cuz semine: vt homo hoiem. ergo multo eminētius virtus celestis poterit ea gnāre sine semine: cū tota virtus seminis contineaꝫ virtualiter in virtute celesti. ¶ Lōfirmaꝫ ꝛ redit in idem corꝑa celestia hūt determinatū aspectuz stellaruz ſm quē ipse stelle hūt virtutē gnātiuaz respcū horuz inferiorum: sed stelle ſm aliquem determinatū aspectum gnānt animalia imꝑfecta sine semine: igr ſz aspectum nobiliorē poterūt gnāre aīalia perfectiora sine semine: ꝛ ſm aspectuz nobilissimū animalia nobilissima.

¶ Quarto argr. que sunt ꝓpingora ꝑmo ꝓncipio ī esse: videnꝫ imediatius posse ab eo ꝓduci: sed aīalia perfecta sunt ꝓpingora in eē ꝑmo ꝓncipio. ergo imediatiꝰ ꝓduci possunt ab ipso. ¶ Et ꝛfirmaꝫ. qz sicut se hz ars in artificialibus: ita se hz nā in nālibus. ex. 2ª ꝑhyco. Sed ars ꝓducit artificialia eiusdē spēi ex diuersis materys. vz. duas statuas eiusdē figure: ex lapide ꝛ ligno. ergo ēt natura ꝓducere poterit duo naturalia eiusdē spēi: vnuz ex mā ſpmaᶜ: ꝛ aliō ex mā putrefacta. ¶ Sz ista opio ē

UVA. BHSC. IyR_086_2

falsa:qz qcqd sit ō aialib⁹ iperfectis:tñ aialia pfecta:sic̄ est bō aut equus:nō videt posse gnāri:nisi vniuoce: z ex semie:qz bō pfecta aialia ples cās ad sui eē:z ad sui gnō̄ nem regrūt q̄ ipfecta:nō.n.sufficit cā equoca solum:sed cū hac regrit ēt vniuoca ad eoz gnōnē:cū pstiz vniuo ca supza equocā addat aliqd pfectiōis in cāndo:vbi eg uoca sit limitata z finita:z ita aliqō aial pp sui pfectio nē regrit vtrāq3:q̄s tñ nō regrit aial ipfectū:qō pp sui i perfectionē pōt gnāri solū ab equoca:que vt sic supplet vicē vni^cc. Nec rōnes sue ꝓcludūt. ¶ Et ad p̄mā rñdet cū dr. vnūqōq3 ē gnāl^c. ꝓcedat maioz cū ista ōtermina tiōe. vnūqōq3 imediate resoluit i ea ex qb⁹ imediate ge nerat:z e ꝑ:qz vltimū via ꝓpōnis z gnōnis ē p^m via reso lutionis:sz negat minoz. q⁹ aial imediate resoluat i ele mēta:sz i cadauer z i cozp⁹:Et pterea dr z° ad maiorē q⁹ nō ē ꝓsilis modus gnōnis z resolutionis:qz p pla media generatur animal perfectuz q̄z resoluatur:prius enim in tali gnōne aialis gnātur fetus z embrio:postea coz et epar q̄z ip̄m aial:z tñ non resoluit pri⁹ in coz z epar q̄z in embrionē:z ita non eodez mō fit aliqd q̄ mō resoluit:qz per plura media fit q̄z resoluat:imo si modus su⁹ arguē di teneret nullū aial gnāretur ex semie:qz vnūqōq3 aial resoluit i elemēta. ¶ Ad z^m dr q⁹ si cozpora celestia: cū elemētis mō ꝛrio se bñtib⁹ sūt sufficiētia p̄n^a cozruptiua aialiū:nō tñ seqtur q⁹ sint sufficiētia p̄n^a gnātiua:qz faci lius est cozrūpere q̄z gnāre:si.n.rō Auic. ꝓcluderet nullū aial gnāret ab vniuoco:qz nullū cozrūpit ab vniuoco.

¶ Ad z^m negat maioz. Ad ꝓbationē dr seqndo p̄n^a Ax. q⁹ cālitas cuiuscūq3 cāe iferiozis virtualr:hoc ē eminen ter ꝓtinet in p̄ma:qz sicut p̄ma excedit scōaz i entitate: ita ēt i cālitate:sz tñ nō obstāte hoc nō p̄t cā p̄ma aut su perioz sine iferiozi:z hoc ex duplici rōne:nō.n.aliqd pōt eē a p̄ma simplr z imediate nisi tal' effect⁹ sit simplr p fect⁹:qz a cā simplr pfecta cānte ex necitate nāe:qō est cāre p̄m vltimū vtutis sue:nō pōt aliqd puenire: nisi sit simplr pfectū i eē. aial qōcūq3 sic nō est simplr pfectum ens. g̃ nō p̄t aial imediate cāri:sz opz q⁹ cōcurrat aliq̄ cā media nō solū i rōne p̄ncipy mālis:sz ēt efficiētis:vt ba beat ōtermiata z limitata pfectio aialis que sibi ōbeat. z hoc ē qō dixit Lōmēta. 7. meta^cc. tex. c. 28. t. 31. vbi bz. q⁹ ipole ē:vt sube sepate imediate trāsmutēt māz: qz oē tale ē in mā z cozp⁹:vñ a cā media cū sit limitata i enti tate ꝓuenit limitata pfectio effcūs. z^a rō ē q⁹ ō bis que ꝓcurrūt ad trāsmutationē māe talis ē ozdo i cāndo ista inferioza gnābilia z cozruptibilia:q⁹ ex eoz ozdie essen tiali qōlibz natū ē dare suo cāto aliq̄z actualitatē z pfe ctionē:z ex B ꝓuenit q⁹ i istis iferiozib⁹ q̄to aliqd ē pfe ctius:tāto a p̄lib⁹ causis dep̄det. ex qb⁹ oīb⁹ pz ista ꝓpo positionē assūptā eē falsaz:gcqd pōt cā iferioz p̄t supioz: quā tñ theologus ꝓcederet:qz fz ip̄m ōs agit mere libe re z ꝓtigēter ad ex̄. ¶ Et p B respōdet ad ꝓfirmationē cōcedēdo cozpa celestia bre ōterminatū aspectū ad hec inferioza:nō tñ ex se sūt sufficiētia ad ꝓducēdos oēs ef fectus maxie pfectos sine cāis vniuocis:naz edificatoz bz determinatū aspectū ad edificiū:nō tñ p̄t illō sine i strumēt] ꝓducere. z dato q⁹ cozpa celestia bſent optimū influxū re^u gnōnis hois:sic̄ pole ē bri:adhuc tñ nō posset gnāre hoiez:nisi ꝓcurrat bō. ¶ Ad 4^m rñdet. q⁹ mālia z imālia mō oppositō se bñt cū cānt a suis cāis. imālia cū possint eē simplr pfecta q̄to sūt ꝓpingoza p̄ p̄n° tāto in digēt pauciozib⁹ cāis:mālia vo cū sua pfectio sit in mā: q̄to sūt pfectioza:tāto p plura media ꝓducūtur. ¶ Ad cōfirmationē ꝓcedit maioz:z silr tudo i aliquo:nō i oīb⁹: qz qō in oīb⁹ ē silr ē idē. nā lz duo artili^a eiusdez spēi pos sint fieri ex diuersis materys distictis spē: vt rō ꝓcludit nō tñ plura aialia eiusdē spēi bñt mās diuersaz spēz loquēdo ō mā ꝓpōnis:z nō alterationis:nā forme artifi cialiū sūt accītia. forme aialiū sūt sube. ¶ Dimissis igi istis duab⁹ opionib⁹ extremalib⁹. s. Auicene z Auer. te nēda ē via media:z ꝑ quā psequūt rñsiones date ad fun damēta vtriusq3 opionis. vz. q⁹ aialia ipfecta pñt gnā ri vniuoce z equoce:qz pp ipfectionē istoz aialiū: cā equoca p̄t supplere cālitatē cāe vniuoce:sz i aialib⁹ pfe ctis regrit nec̄io vtraq3 cālitas pp pfectionē ipsoz aia liū:qz cū vniuoca addāt aliquā pfectionem i cāndo cāe equoce:vr q̄si pficere z cōplere cālitatez cāe equoce:ad būc sensuz itelligēdo q⁹ eoz ꝓcursu vtriusq3 cāe re^u aial' gnāndi ꝓuenit vna cālitas totalis pfectioz q̄z sit cālitas partialis q̄ eēt p̄cise ab altera ipaz:z hoc ad qōnem.

Ad argumēta

p̄ncipalia. Ad auctē Ax. primo de gnōne aialium. Rñr q⁹ ibi Ax. nō plus vult:nisi q⁹ aliq̄ aialia ipfecta genita p pu trefactionē (cū ꝑ gnānt) gnānt gdē altez gen⁹ anialiuz: qō postmodū redit ad spēz ꝓpriā gnāntis p aliq̄ inter media:sic̄ rane genite ex mā putrefacta gnānt ranūcu los q⁹ videt pisciculi puuli:g appellant marsiliōes:z isti postmodū efficiunt rane:z ꝓsilr dr de gbusdā vermib⁹ q⁹ faciūt sericū:g ꝑ gnānt oua:ex qb⁹ gnānt pāpiliones: q⁹ postmodū trāsmutāt ad p̄mā spēm:vnde ꝓcesserunt. ¶ Ad aliā auctez scōi de aia itēdit Ax. q̄cūq3 aialia sūt pfecta z nō ozbata:neq3 spōtaneā gnōnē bñtia gnānt ta le q̄le ip̄z ē:sz ex B nō p̄t iferri q⁹ si pfecta gnānt silē q⁹ i perfecta nō gnānt:sz vult bre q⁹ sic gnāre ꝓpetit oīb⁹ aia lib⁹ pfectis vlr:sz nō cōpetit vlr ipfectis:qz nō aliqb⁹ i perfectis. p̄mū ꝓbat. nā dr. 4°. methauroz. tex. cōmē. 19. vnūqōq3 pfcm ē cū p̄t gnāre sibi silē:z ita segt saltē aia lib⁹:B ē pfectū. g̃ p̄t facere sibi silē:qō nō segt de ipfect: ita q⁹ auctaꝯ Ax. bz itelligi affir^uc nō nega^ue. seu ꝓstructi ue nō destructiue:vñ si tu arguas. B ē pfectū. g̃ gnāt sibi simile. g̃ si nō ē pfectū nō gnāt sibi silē:tu ꝓmittis falla ciā ꝓntis destruēdo añcedens. ¶ Ad rōnes Auerro. ne gat illa maioz assumpta vlr ō oi nā:q⁹ vnius nāe sit tñ vn⁹ modus cōicādi. ista ꝓcedit i naturis pfect] nō i ipfe ct]. ¶ Et ad p̄mā ꝓbationē:qz diuersis gnōnib⁹ rē. Re spondet q⁹ mā q̄dā ē alterationis:q̄dā ꝓpōnis. p̄ma ē ex qua trāsmutata z cozrupta aliqd gnātur:z hec nō inexi stit ei qō fit. alia ē ꝓpōnis ex qua itrinsece ꝓstituit illud qō fit. Loq̄ndo ō p̄ma mā diuersis gnōnib⁹ fz spēz coz respōdet diuerse māe alteratōis:z sic generatōi eguoce cozrespōdet mā putrefacta:z gnōni vniuoce mā semia lis seu semē:sz istis nō cozrūdet diuerse māe cōpōnis:qz in mā putrefacta iducit virtute solis z aliaz stellaz q̄ dā virtus formatiua ita p se ozdinata ad gnōnem nālis eiusdē i spē:sic vtus forma^uc exns in semie:z B vult Lom. iz. metB. tex. 18. vbi vult q⁹ calozes gnantes q̄libz spēz spērū aialis bñt ppias mēsuras ex q̄titate motuū cele stiū:z disponib⁹ stellaz i ppingtate z remotione ipsarū: que q̄titas motuū ē velocitas z tarditas motuū plane taz:qb⁹ alterant māe istoz iferioz p ifluxus calor qui vebunt ad hec iferioza mediāte motu z lūne. disponēs aūt stellaz i ppingtate z remotōe bñt itelligi: vl penes distātiā fozmalez:z silr ppingtatē: vl penes distantiam mālē seu situalē. p̄mo mō calor gnāns aial i mā putrefa cta mēsurat:z bz ꝓpriā mēsurā re^u ōterminati aialis ex distātia vl ppingtate ad gradū mediū toti⁹ latitudis ca lozis:ita q⁹ sic ex diuersa distātia vel ppingtate ad gra duz mediū imixtione q̄litatū p̄maz resultat:alia z alia mixtio el'oz q̄ mixtio ē dispositio ad diuersa mixta fz spēz:ita dōz est ō calozib⁹ gnāntib⁹ aialia:vt ingt Auer. bñt determinatā mēsurā ad gnōnē determinati aialis

UVA. BHSC. IyR_086_2

in spē ex remotōe vel ꝓpingtate formali istoꝝ caloꝝ ꝫz q̄ isti calores plus vel minꝰ appꝛopiquant ad gradū me diuz totꝰ latitudis caloris in mā putrefacta: ⁊ vt sic sub tali disponē ita determinat ad vnū aīal in spē q̄ nō ad aliud. ¶ Pōt ēt 2° itelligi dispō scōz ꝓpingtatē ⁊ distā tiā mālē stellaꝝ ꝫm situ ⁊ locuz penes q̄ pōt accipi alia ⁊ alia ꝓportio ī istis caloꝛib⁹ ifluxis a celo: ꝑ q̄ꝫto stelle plus vel minꝰ ꝯiūgunt cū sole ꝫm ꝓpingtatē vel distan tiā ad q̄nit mām putrefacte: aut semialis. ⁊ sic est alius ⁊ alius caloꝛ cōmixtꝰ ex viribꝰ stellaꝝ influxꝰ ad vitā aīa lis gnādi. ¶ Ad ꝯfirmatōez. distīctaꝝ mutationū spē sūt distincti termini spē. Rñdet q̄ ista ꝓpō nō ē pª ⁊ ime diata: ꝫz dependet ab alys duabꝰ q̄ si sint vere erit ⁊ ꝓpō vera. si vo vna illaꝝ sit falsa: ⁊ ista ꝓpō assumpta ꝑ ma ioꝛi erit falsa. ꝑª ꝓpō aq̄ dependet veritas ipsiꝰ maioꝛis ē ista. forme fluētes vel forme ꝫm q̄s ē fluxꝰ sūt alteriꝰ rō nis. 2ª ꝓpō ē. foꝛª fluēs vel ꝫm quā ē fluxꝰ est eiusdē rō nis cū foꝛª terminate fluxū ⁊ motū. Q̄z āt opoꝛteat istas ꝓpones eē veras si illa data dz esse vā pz: q̄ idē vbi pōt acq̄ri ꝑ motū rectū ⁊ circularē: q̄ motꝰ sunt ad seiuicē in ꝓpabiles. 7. phyco. t. c. zz. Et hoc iō est: q̄ forma termi nās nō hz in se talē distōnē specificā seu alteriꝰ rōnis: sīc forma fluēs vel ꝫm quā ē fluēs. Dic tñ possz dici q̄ vbi fluēs ꝫz lineā rectā ⁊ circularē sūt eiusdē rōnis: ꝫz si sint alteriꝰ rōnis sunt q̄ꝫtuz ad aliq̄ accñtia sibi competētia: q̄ sūt rectitudo ⁊ circularitas: ⁊ q̄ ad ista fit icōpabilitas nō quo ad vbi fluētia: aut quo ad motꝰ ꝑ se: ꝫz q̄cūq̄ sit ō exēplo: saltē hoc ē verū q̄ exīte forma fluente alteriꝰ rō nis a foꝛª terminante: nō oz ex distōne motuū cōcludere distōnē termioꝝ. ¶ Ad argm̄ igit̄ forme fluētes in gnō ne vniuoca ⁊ equoca: vel ēt ipsi fluxꝰ sūt eiusdē rōnis: q̄ dicimꝰ q̄ vtus formatiua ī semīe: ⁊ ī mā putrefacta ⁊ ca lores g̃ sunt instꝝ vtriusq̄ sunt eiusdē rōnis: ⁊ hoc cōce dit Auerro. vt allegatū est ī. iz. metaphꝫ. Ex q̄ postmodū segt̄ q̄ cū iste forme fluētes sint eiusdē rōnis cū formis terminātibꝰ: loq̄ndo de formis ꝫm q̄s est alteratio vlti mate disponens ad formā aīalis aīalia ipsa genita erūt eiusdē rōnis. ¶ Ad 2m̄ ꝑn̄ Auerro. negaꝫ ꝑª ꝟña. Ad ꝓ bationē. q̄ fiūt equoce fiūt a casu. negaꝫ ꝫ etiā ꝫz ipz. vt dcm̄ est in. q. Ex ꝯmēto palleg°: nisi dicaꝫ q̄ mā putrefa cta q̄ꝫtū ad aliq̄ accñtia que sibi accidūt sit ꝑn̄m casuale aīalis putrefacti. vt dcm̄ est ifra: ꝫz q̄ꝫtū ad dispōnes a ce lo influxas ē ꝑ se ꝑn̄m ⁊ ñ casuale. Et ad illd. q̄ꝰ fit equoce euenit ꝓter intentionē 2c̄. negaꝫ ꝫ. ita. n. vtus formatiua in mā putrefcā ꝑ se ordinat ad gnōnē muris: sīc vtus in semine. Et alia q̄ iducunt nō fūt ꝟ ꝓpositū: cū dr̄ q̄ tota uoce ⁊ equoce: negaꝫ ꝟña: q̄ gnō equoca nō ē casual: ni si ex aliq̄ accñte ipediēte gnōnē aīalis: ⁊ ifluēte ad aliq̄ō eē diminutū ⁊ ipfectū ipsius: ꝫz cū tale accñs nō natū sit euenire freq̄nter: ⁊ in pluribꝰ in tali gnōne tota spēs nō fiet isto mō: q̄ nā facit de possibilibꝰ q̄ꝰ meliꝰ ē. Et ꝟce tertys: q̄ ex infinitis accñtibus q̄ possunt accidere māys putrefactis: imo ēt māe semiali. Et tale casuale est mon struosuz ⁊ nō itentū a nā: q̄ nā itēdit eē pfectuz aīalis: ꝫz ipedita ꝓducit illud ꝫm eē ipfectū. ¶ Ad 3m̄ Auerroys rñdet q̄ raro venire ī cōpationē ad cāz a q̄ puenit sic q̄ nō eueniat ꝑ se a tali cā itendente ipm: ꝫz aliud: facit effe ctū eē casualē. vt dcm̄ fuit ī. q. de vīa pscia. Et ꝟcedo q̄ si aliq̄ō aīal in spē gnāt equoce: ⁊ ex mā putrefacta non gnātur ex ista semp: ⁊ de necitate: q̄ tunc tale aīal in spē q̄ꝫ gnāret ex semīe: neq̄ ēt ex ista mā gnātur raro: vt ꝓpt̄ ad istā mām putrefactā alteratā ⁊ dispositā ꝑ gnā tiōe ipsiꝰ: ꝫz freq̄nter ⁊ ī plibꝰ. Et cū dr̄. q̄ freq̄nter eue nit nāliter euenit: ꝟcedit hoc. Et q̄ tale aīal nāliter fit ⁊ gnāt: ⁊ ex hoc nihil mali segt̄. Concedit tñ q̄ si raro eue nire ꝓparet ad gnātionē equocā ⁊ vniuocā: ⁊ q̄ꝫat vtrū aīal equoce fiat raro vl̄ vniuoce ꝟcedit q̄ raro fit equo ce in ꝓpatiōe ad vniuocā gnātiōez: ita q̄ si iste determi natiōes raro ⁊ in pluribꝰ comparent ad gnōnē equocaz ⁊ vniuocā raro aīal fit equoce: ⁊ vt in pluribꝰ vniuoce: ⁊ hoc est cōpare istas determinatiōes ad dispata. Si aūt ista determiatio raro cōpet ad cām equocā a q̄ fit aīal: ⁊ q̄ꝫat vtꝝ aīal fiat ab ista cā raro vel nō: vt in pluribus vel nō. Cōcedit q̄ fit nō raro: ꝫz vt in pluribus: ⁊ hoc est cōpare istas determinatiōes ad cām equocā sub disiun ctione ad ꝟdictoꝛia. vt dicit doct. subtī. in ꝑmo. dist. z. q. quarta. Et sic est finis.

¶ Calias ⁊ socrates diuersa quidem ꝓpter materiā. Tex. cōmē. xxviii. Qō. vi.

Queritur. Utrū mā possit eēt hec: ⁊ singularis ꝓpꝛa singu laritate: ⁊ nō singularitate cōpositi: cuiꝰ est mā. ¶ Arguit̄ q̄ nō. Illud q̄ē hoc ⁊ singulare est actualr hoc aliq̄d ⁊ singula re: sed mā nō est hꝫ. igit̄ 2c̄. Cōsequentia nota: ⁊ maioꝛ est manifesta: q̄ nihil hz ꝑ priam singularitatē: nisi sit actualiter tale: minoꝛ aūt est ꝟ. z. de aīa. tex. cmē. z. Ubi hz q̄ mā est poª hoc aliq̄d. igit̄ nō est actu hoc aliquid. ¶ Et ꝯfirmat̄. si. n. mā esset de se indiuidua ⁊ singularis: sequeret̄ q̄ vnū indiuiduū esset plura. ꝟñs est falsum. igit̄ ⁊ añs: ⁊ ꝟñtia ꝓbat̄. Quā docūq̄ est aliq̄ō totū homogeneū eiusdē rōnis in toto ⁊ in partibꝰ: quicq̄d aduenit ꝑ se toti: nō repugnat ptibus: sed ita est q̄ singularitas aduenit alicui māe determīa te. s. māe hꝰ ignis. gratia exēpli. Igit̄ nō repugnabit ꝑ se partibus eius: ⁊ si sic sequit̄: q̄ vnū indiuiduuz poterit esse plura. maioꝛ est manifesta. similr minoꝛ cū dr̄ia īdi uidualis sit ꝑ se determinatiua illiꝰ māe: cui aduenit ex quo facit vnū ꝑ se cuz illa. ¶ Et ꝯfirmat̄: q̄ vnio actua lis partiū in toto: cum sit relatio realis: ꝓsupponit extre ma realiter diuersa: ⁊ in actu. Quia nihil vnit̄ sibiipsi: ꝫz semp vnitū: ⁊ cui vnit̄ sunt realiter ⁊ actualiter diuersa: sed ita est q̄ partes eiusdez rōnis in mā realiter vniunt̄ in tota mā. g̃ iste partes sunt sic diuerse: q̄ vna numera liter distīguit̄ ab alia. ¶ Scōo ꝓncipalr argī. si. n. mate ria sit singularis ꝓpꝛia singularitate: aut determinatur ꝓcise ad vnā singularitatē: aut ad plures. Non ꝓmo mo do: q̄ nā māe est vlis. g̃ de pluribus singularibus ꝑdica bilis ꝑdicatione per identitatē: ⁊ in recto: ⁊ si sic: sequit̄ q̄ est ꝟtrabibilis ad qōlibz tale singulare. si vo detur q̄ nō determinat̄ ad vnā singularitatē: habeꝫ ꝓpositū: q̄ nō est de se hoc ⁊ singularis. ¶ Tertio arguit̄. data veri tate istius q̄stionis: mā esset per se in genere tanq̄ꝫ spēs. Et vlterius sequitur: q̄ simpliciter simplicia in aliquo cōuenirēt quiditatiue. Utrūq̄ ꝟñs est falsum. igit̄ ⁊ an tecedēs. Prima ꝟñtia sic deducit̄. Omne constitutū ex actu ⁊ potētia est per se in genere: vel tanq̄ꝫ indiuiduū: vl tanq̄ꝫ spēs: ꝫz ita est q̄ materia eēt hꝫ: q̄ certū est q̄ hec materia includit nāz māe: ⁊ ꝓpꝛietatē indiuidualē: que est actus eius. Igit̄ hec mā esset cōposita ex actu ⁊ potē tia: q̄ omnis nā que est cōtrabibilis per aliquē actū: est potētia respectu eius. igit̄ mā sic esset potentia respectu actus indiuidualis: sed sicut nō repugnat huic materie hēre actū determinantē ipsaz circūscripta omni forma: que nata sit perficere ipsaz mām in esse formali. Ita nō repugnat māe in cōmuni accepte: sic determinari q̄ aliq̄ē actū seu differentiaz essentialē ante oēm formā sibi

UVA. BHSC. IyR_086_2

aduenientē. Sed omne ꝯstitutū ex dr̄ntia essentiali est per se species in aliquo genere. igit̄ mā esset per se in genere tāq̄ spēs. ¶ Scōa ꝯntia sic deducit̄. Nec materia signata includēs nām māe ꝛ ꝓprietatē indiuidualē est eque bene simplr simplex: sicut mā in cōi: sed plures materie signate ꝯueniūt qditatiue in mā cōi ꝛ vli. igit̄ ꝓpositū. vz. q̄ simplr simplicia ꝯuenirēt in aliquo quiditatiue. Cōfirmat̄: qz sicut mā absolute accepta est pura potētia: ita hec mā signata. Quū sit īmediate receptiua forme substalis: que forma recipit̄ tāq̄ in subiecto ꝓmo ꝛ īmediato in essentia māe: vt nūc ꝓsuppono: quicquid dicat Auerroys. sz potētia pura est simplr simplex: ꝛ ꝓmo diuersa ab omni actu. igit̄ ꝛc̄. ¶ Quarto ꝓncipalr argr̄. si mā cōtraheret̄ ad singularitatē: cū possit eē in alia singularitate ab illa: posset transmutari ab vna singularitate in aliā. ꝯñs est falsuz: qz singularitas est eadē realiter nāe. igit̄ est inseparabilis ab illa. ꝯntia ꝓbat̄. Omne illud qđ recipit aliquē actū: qui est extra quiditatez ipsi⁹: quātuz est de se: pōt esse sine illo: ꝛ exquo est capax ipsi⁹. ꝯñter est capax cuiuscūq̄ eiusdē rōnis cū illo: sed ita est q̄ singularitas est extra rōnem formalē māe. si mā contrahit̄ ꝑ ipsaz singularitatē: ꝛ q̄libet alia singularitas est eiusdem rōnis cū singularitate sibi aduenientē: sequit̄ q̄ sic poterit trāsmutari ab vna in aliā: ex quo īferr̄: q̄ mā nullo mō est determinabilis ꝑ singularitatē ꝓpriā.

Ad opposituz tū arguit̄. Effect⁹ singularis cā est singularis. zᵒ phyco. tex. cōmēti. 38. ꝛ. 5. metaph. tex. ꝯmē. 3. Sz mā est causa cōpositi singularis. igit̄ ꝛc̄. sz nō est singularis singularitate cōpositi: qz illa segr̄ mām: ꝛ est effect⁹ ei⁹. igit̄ ꝛc̄.

Determinatio isti⁹ qōnis diuidit̄ in tres articulos. In ꝓmo ponunt̄ quedā dist̄ones. In scōo eliciunt̄ quedā ꝯclones. Et 3° respō debit̄ ad argumenta ꝓncipalia.

Circa primā partē ꝑmittit̄: q̄ duplex ē vnitas māe: quedā est vnitas ꝓuatiua: q̄dam positiua: ꝓuatiua fm quaz mā nata est esse vna: vel portio ipsi⁹ nata est vniri cū alia mā: ꝛ facere vnū totuz cōstitutū ex partib⁹: sed q̄ nō vniat̄ est per aliquē actuz formalē subalē aut accitalē: per quē distinguit̄ ab alia: ꝛ separat̄ ab illa: circūscripto tū actu distinguēte: mā hec ꝛ illa facerent vnū indiuiduū ꝛ singulare in tali nā: vnitas positiua māe est vnitas quam positiue includit ipsa mā: vt est sub actu formali distinguente: que vltra hoc qđ distinguit̄ ab alia materia per formā: cū ipsa sit realiter diuersa a forma se ipsa etiā distinguit̄ ab alia materia determinata per aliā formā. ¶ Secūdo notādū est: q̄ indiuiduū esse in actu cōtingit dupliciter. s. vel existētie: vel subsistētie. ꝓmo mō omne illud dicit̄ esse indiuiduum in actu qđ est tale extra intellectū omnino per aliquā essentiā: seu entitatē ex natura rei: ad quam īmediate insequit̄ aliqua distinctio. Quēadmodū ptes homogenee: in toto homogeneo: que partes sic se habēt: q̄ vna habz actū distinctū ab alia. Licet nō habeat esse separatū ab illa: sed vnitū. Indiuiduū aūt dicit̄ eē in actu subsistentie: quādo nō solū hz distinctū esse ab alio: vel etiam hz esse separatū: ꝛ subsistens seorsum ab illo: ꝛ isto modo partes in toto nō sunt in actu subsistētie ꝛ separationis. ¶ Tertio notandū: q̄ materia pōt ꝯsiderari dupliciter. vno mō vt nā quedā distincta ab omni ꝓprietate indiuiduali: ꝛ vt sic est nā q̄dā vlis ꝑdicabilis de pluribus indiuiduis indifferēs ad qōlibet tale. scōo modo mā pōt considerari vt determinata per hecceitatez seu ꝓprietatē indiuidualē. ꝓmo modo est in potentia ad quālibet singularitatē. Ita q̄ nullā sibi determinat: sed quālibet secum compatit̄ respectu cuiuscūq̄ indiuidui mālis. Scōo mō necessario est singularis saltem denominatiōe differētia idiuiduali sibi aduenientē: ꝛ vna numero ab vnitate singulari ꝛ nūerali: que insegr̄ ꝓprietatem indiuiduale sibi aduenientē: sicut passio suuz subiectum. Naz cū vnitas sit passio entis: multiplicato ente: multiplicat̄ vnitas. Cū igit̄ ratio nature ꝛ ratio singularitatis sint distincte entitates: cozrespōdebit eis distincta vnitas. Quarū vna erit vnitas nāe pluriū cōmunicabilis: alia erit singularitatis incōicabilis. ¶ Quarto notandū: q̄ trāsmutatio est duplex: q̄dā est ꝓbica: q̄dam metaꝑbica. ꝓma est subiecti vni⁹ numero realis ad formā essentialr distinctā. scōa est nāe nō determinantis sibi aliquē actū: qui natus sit esse ꝑ se act⁹ ipsius. ¶ Quinto ꝛ vltimo notandū: q̄ hoc aliquid ꝛ singulare ad mentem Aristo. q̄dā est vltimatū qō non est ozdinabile ad aliquē actuz vlteriozē: qui possit esse actus eius per se ꝛ ꝓmo: aut participatiue. Et tale hoc aligd est tāmodo singulare per se subsistēs: qō est ipm suppositum. Aliud est hoc aliquid: qō nō est vltimatum: sed ozdinabile ad actū vlteriozē: qui actus est ipsi⁹ tantūmodo participatiue: ꝛ alterius ab ipso per se ꝓmo. ꝓmo mō sumendo hoc aliquid nihil qō est alteri ratio: aut ꝓncipiū essendi intrinsecuz respectu alterius pōt sic dici hoc aliquid: qz qōlibet tale ozdinat̄ ad esse ipsius cōstituti seu compositi: per tale ꝓncipiū: qō est actus ipsius compositi per se ꝓmo: ꝛ cuiuscūq̄ intrinseci constitutiui participatiue: ꝛ tale esse qō est cōpositi hz ozdinez ad esse ꝓncipy: qualis ozdo est forme ad mām ita q̄ tale esse est ꝓus esse ꝓncipy ꝓzitatis forme ad mām: quāuis esse ꝓncipy sit ꝓus ꝓzitate materie ad formā: que ꝓzitas est ꝓzitas ozigenis ꝛ gnātionis: ꝛ ꝓzitas esse compositi ad esse ꝓncipy est ꝓzitas perfectiōis: ꝛ hoc de mēte Cōmentatoris. 7. metaphy. cōmen. 35. vñ ꝓ tanto esse compositi est ꝓus esse cuiuslibet partis intrinsece: qz quelibz pars est: ꝛ hz esse cōmunicatuz sibi a composito.

His premissis ponūt̄ ꝯclones. ¶ Prima ꝯclusio. Materia est vna numero ꝓpter quātitatiue omniū gnābiliū ꝛ cozruptibiliuz. Ista ꝯclo ꝓz ex qōne ꝑcedenti de vnitate materie. ꝓzo nunc tamē ꝓbatur sic. Illud est vnū numero ꝓuatiue qō nō hz vnitatez quā natū est habere ꝓpter aliqua extrinseca ipm distinguentia: quā tamen hēret circūscripto extrinseco distinguente. Ista ꝓpositio ꝓz ex diffinitōe vnitatis ꝓuatiue: sed materia oium generabiliū ꝛ cozruptibiliū circūscriptis formis distinguētibus nata est sic habere vnitatez si ab ipsa circūscriberentur oēs forme: siue subales: siue accidētales distinguentes ipsam. igit̄ oēs tales materie essent vna numero. ¶ Secūda ꝯclo. Materia vna numero positiue pōt esse in genito ꝛ cozrupto: ꝛ ex cōsequēti pōt esse eadē omniū generabiliū ꝛ cozruptibiliuz successiue. ꝓbat̄ ista ꝯclo. Illud qō fm omnē suam entitatem est in diuersis indiuiduis successiue est penitus idē numero: ex quo de se nullā includit amissionē entitatis super quā fundat̄ idētitas ei⁹. Sed ita est q̄ materia fm oēm suā entitatē nulla facta variatiōe circa ipsam potest esse successiue in genito ꝛ cozrupto: ꝛ ex ꝯsequēti in omnib⁹ generabilibus ꝛ cozruptibilibus. igit̄ ꝓpositū. ¶ Tertia ꝯclusio. Alia est mā numero in gnānte: ꝛ alia in genito. Ista cōclusio ꝓz: tū ex auctozitate Aristo. 7. metaph. textu cōmē. 28. vbi hz. Generans generat aliud ꝓpter materiā. Et similr. 12. metaphy. textu cōmen. 27. vbi hz Aristo. Que sunt in eadez specie diuersa non specie: sed qz singulariū aliud tua materia ꝛ spēs ꝛ mouens ꝛ mea:

UVA. BHSC. IyR_086_2

vniuersali aũt rõne eadem: tum etiam rõne. Quia generans naturale: nõ producit aliquid nisi ex aliquo: in quo recipit actus eius: sed hoc nõ põt esse materia generantis: qz patiens est in oppõsita dispositiõe ad ipsum agẽs. Talis oppõsita dispositio nõ est in materia generantis: qz nihil est in oppõsita dispositiõe respectu sui ipsi⁹. igit generãs agit in aliã mãm. ¶ Quarta cõclusio. Materia est eadẽ nũero: z indiuidualiter in omni trãsmutatione phica z naturali: respectu geniti z corrupti: sic q idẽ indiuiduũ in actu existẽtie: vel substãtie q̃ prefuit substantiales z est in potẽtia ens oẽs dispositiões substãtiales z accidẽtales: z hec dicit ꝑma materia: z ꝑmũ hyle. ¶ Ex ista cõclusione sequit vnũ corrolariũ. vz. q quantũcũq fiat diuisio z diuisio materie in trãsmutatiõe: semp tñ remanet idem indiuiduũ vel ẽm existentiã vel substãtiam. Probat hoc corrolariũ. omne homogeneũ diuisibile in partes eiusdẽ rõnis cõtinet in se plures singularitates seu becheitates in actu existẽtie: sz materia sic est homogenea z diuisibilis in partes eiusdẽ rõnis. igit ꝛc. ꝓbat maior. Omne totũ cõtinens in se actualiter plures partes realiter distinctas: quarũ q̃libet põt seorsum existere ab alia cõtinet ꝑncipia distinctiua illarũ partium. Talia ꝑncipia sũt ipse singularitates: vt de se pz. igit ꝛc. ¶ Quinta cõclusio. Materia est singularis alia singularitate a singularitate compositi: z constituti per ipsam. Ista conclusio ꝓbat. Quocũq aliquid est in actu extra causam z intellectuz eodẽ est hoc z singulare ꝑmo: qz sic esse extra causaz z intellectũ nõ competit nisi singulari: imo vle siue nõ singulare non põt competere alicui: nisi in intellectu sit obiectiue. Sed ita est q materia cuz sit realiter diuersa a forma vt nũc presuppono z multo magis a composito est aliquid in actu ꝑter formã z compositũ extra suã causam z intellectũ: z hoc seipsa ꝑmo. ergo materia est hec z singularis seipsa ꝑmo: z nõ singularitate forme aut cõpositi: maior est manifesta: qz quicquid est extra intellectũ. vt dcm̃ est: est singulare. minor aũt ꝓbatur. Qz omnis entitas ꝑcipue absoluta seipsa ꝑmo est in suo esse: qz seipa ꝑmo recedit a nõ esse ad esse. Nam licet multa cõcurrant ad suũ esse: quẽadmodũ materia ad esse forme: z forma ad esse materie: tamẽ nullũ cõcurrẽs est ꝑma ratio essendi sibi in suo esse. Igit seipsa ꝑmo est hec z singularis: mã ꝑma est entitas absoluta. igit habebit ꝓpriam singularitatẽ distinctã a singularitate cõpositi. ¶ Et cõfirmat: qz sicut mã habet entitatẽ eẽntialiter distinctã ab entitate cõpositi extra intellectũ z suaz causam: ita hz vnitatẽ cõsequentẽ suaz entitatẽ isto modo. Sz talis vnitas nõ est nisi vnitas singularis. igit ꝛc. Hoc est q̃ hz Aristo. iz. metaph̃. textu cõmen. z7. vt sic allegatuz est: vbi vult: qz tam causa mãlis q̃ formalis z efficiẽs habent vnitatez z distinctionẽ specificã z numeralem ꝓportionatã ipsis ꝓncipiatis: per illud q̃ dicit. singulariũ aliud tua materia z motus z mouens: z spẽs numero: ratiõe aũt vniuersali eadẽ. Utrũq n. per se ꝑncipiũ compositi: opz habere indifferentiã cõsimilez indifferẽtie compositi: z determinationẽ similẽ determinatiõi compositi: qz neq indifferẽs constat ex determinatis: neq determinatũ ex indifferentibus indifferẽtia vniuersalitatis. ¶ P. z secũdo ꝑncipaliter ad hanc conclusionem arguit. Quecũq sunt ꝓza ẽm nãm: videtur etiã esse ꝓza duratiõe ad hunc sensum: q eis non repugnat esse sine posteriozi: qz hoc posito: intellectus intelligens ꝑus esse sine posteriozi: nõ includet ꝓtradictõez. hec videt esse snia Aristo. 5° metaph̃. capl'o de ꝓze: vbi Aristo. cõmendat Platonẽ diffinientez ꝑus ẽm naturã dicens: ꝓza ẽm substantiam z naturã sunt: quecũq contingũt esse sine alys: z alia nõ sine ipsis: sed ita est q materia saltẽ via originis z generationis est ꝓz natura forma z cõposito. Igit materia in isto ꝓzi habebit ꝓpriuz esse extra intellectũ. z cõsequenter erit hec z singularis nõ ab aliquo extrinseco sue entitatis. ¶ Item z3: arguitur. Nulla cõditio que requirit in causa ad actũ causandi: bz esse ab ipso causato. qz tũc causa in causando depẽderet a causato: z inquãtũ sufficiens ad causandum esset causata a causato: z esset illud causatuz suiipsius causa: z ꝑ tanto posset dare cause causationẽ suiipsius: sed singularitas materie est necessaria cõditio ad causandũ ipm compositũ: qz causatum singulare requirit causaz singularem. ergo impossibile est singularitatez materie esse a singularitate cõpositi: vel alterius extrinseci a materia. ¶ Preterea singularitas materie que est extra intellectum videt esse eadem realiter materie: sicut z vnitas eius singularis. ¶ Ex hoc arguit sic. Impossibile est aliquid dependẽs a posteriozi naturaliter esse idẽ ꝓzi realiter: quia tunc esset ꝑus z non ꝑus: materia est ꝓz naturaliter ipso composito ꝓzitate originis. vt dcm̃ est. Igitur nihil causatuz per ipm compositũ siue qualitercũq preexigẽs naturã compositi: potest eẽ idẽ materie. Maior ꝓbatur. Ubi est vera z realis idẽtitas: ibi nõ sit formalis: ibi impossibile est hoc esse: z illud non esse. Quia tunc idem realiter esset: z nõ esset. Sed possibile est ꝑus naturaliter eẽ sine posteriozi nãliter. igit multo magis absq eo q derelictũ est vel causatũ a posteriozi naturaliter: z ita poterit eẽ materia hec z singularis sine singularitate compositi. ¶ Ultima cõclo. Materia nõ est de se hec z singularis. Probat ista cõclo. Nulla natura potẽtialis z perfectibilis per aliquẽ actum est de se hec z singularis: sed materia sic est potẽtialis z perfectibilis per diuersos actus. igit nõ est de se hec. Maior ꝓbat: qz natura de se hec est actualissima: nullo modo determiabilis per diuersos actus. igit si sit determinabilis: nõ est de se hec. Pntia ꝓbat: qz non põt talis natura perfici per formas realiter diuersas a tali natura: siue per diuersas realitates actuales: que aliquo modo ipsam perficiãt vt actus ipsius: quemadmodũ sunt nature intelligentiarũ que sunt necessarie simpliciter: z act⁹ puri. vt testat Cõmẽtator. iz. metaph̃. cõmen. 30. z alibi frequẽter. minor est manifesta. igit ꝛc. Cõfirmat ista cõclusio. nam illud nõ est de se singulare q̃ de se est plurib⁹ cõmunicabile cum sui diuisione. materia est hꝺ. g ꝛc. Maior ꝓbat: qz q̃ est cõicabile sic q plurificat in illis non est de se hoc z singulare: sed diuidit z numerat per actus diuidentes ipsum: z sic est singulare denoiatiue z q̃si paccñs.

Ex his respõdetur ad argumenta adducta in ꝓncipio. ¶ Ad ꝑmũ pz ex dictis in corꝑe. q. ¶ Ad zm concedit q materia est vnum indiuiduũ quãtum ad actuz subsistentie z separationis ab alys materys. Est tamẽ plura indiuidua in potẽtia seu in actu existentie. ¶ Ad 3m respondet: q materia vt natura non magis determinat sibi vnaz singularitatem q̃ aliam: sed soluz determinat sibi singularitatem vbi est sub aliqua forma determinata: quia plures partes z portiões materie requiruntur ad subsistentiam sub vna forma q̃ ad subsistentiã alterius. Et cum

UVA. BHSC. IyR_086_2

tu infers. ergo nō esset vna numero omniū generabiliū ⁊ corruptibiliū. ℞espondeť negando ꝓsequentiā. Est enīz vna numero omniū generabiliū ꝑuatiue. vt dcīm est in corpore questionis. ℞ositiue aūt adhuc possz esse vna numero successiue. vt dcīm est. q; si tu diceres. ℞lures portiones ⁊ partes materie requirunť ad vnam formam cū ad aliā. ergo nō posset sic esse vna ⁊ eadez respectu omniū. Dicitur q; lz nō possit esse vna ⁊ eadez respectu omniū quantū ad actum totalē subsistentie: esset tamen eadē quantū ad aliquē actum existētie. ¶Ad 4m respondeť negando: q; materia eēt per se in genere tāq; species. Qz omne qō reponitur in genere isto modo icludit genus ⁊ differentiā eēntialē quiditatiue: mā nullus genus includit: neq; aliquā differentiā isto modo. Quia est pars eēntialis: ⁊ ꝑncipium in genere ꝑmo diuersa ab omni genere: ⁊ similr a differētia essentiali. Igit sibi repugnat ratio spēi. Assumptū ꝓbať: qz capiēdo materiaz ꝑmaz: ꝓ potētia pura ⁊ realitate potentiali vltima ad formam est simpliciter simplex: nihil includēs quiditatiue: qz actus ⁊ potētia sunt ꝑmo diuersa: sic q; nihil vnius est aliquid alterius: ⁊ ita materia nō includit actum eēntialem generis: aut differētie quiditatiue in ꝑdicamēto substātie. igit ꝛc. ¶Ad id qō addit: q; simpliciter simplicia in aliquo cōuenirent ꝛc. ¶Ad hoc respondeť: q; quot modis dicit compositus: tot modis dicit simplex. Compositū est duplex. Quoddā est compositū compositione eēntiali: quoddā est compositū ex actu ⁊ potentia: qualitercūq; se habeant actus ⁊ potētia: siue se habeant sicut res ⁊ res: siue vt realitas ⁊ realitas. ℞rima compositio appellaťr cōpositio phyca ⁊ realis. 2a metaph. Loquendo de compositione phyca ⁊ reali: ista est ex partibus eēntialiter ⁊ realr distinctis: quēadmodū est cōpositio hominis ex materia ⁊ forma: seu ex anima ⁊ corpore. secunda aūt est ex aliq realitate determinabili ⁊ contrabibili per aliam realitatē determinantē. Quarum illa que est determinabilis se habet vt potentia respectu determinantis. Et illa que est determinans se habet vt actus: ⁊ hoc siue iste due realitates se habeant vt distincte res: siue se habeant vt distincte formalitates solum: quarū vna nō icludit reliquā quiditatiue: ⁊ in ꝑmo modo. Istis duabus cōpositionibus correspondět due simplicitates: quarū vna excludit cōpositionez ex partibus eēntialiter distinctis: alia excludit cōpositionez ex actu ⁊ potentia. ℞rima compositio nō requiriť ad hoc q; aliquid sit per se ⁊ directe in genere: qz accidentia vt albedo: sunt in genere isto modo: ⁊ tamē nō sunt cōposita hꝫ compositiōe. vt habet videri. 8. metaph. textu cōmē. iz. Secūda compositio bene requiriť ad hoc: q; aliquid sit directe: ⁊ per se in genere. ¶Ulterius est aduertenduz: q; tale simplex qō excludit compositionē ex partibꝰ eēntialiter distinctis: quoddā est simpliciter simplex: qōdā vero non simpliciter simplex: sed absolute simplex: simpliciter simplex voco qō nō resoluiť in plures cōceptus seorsum cōceptibiles: quoz vnus sit determinabilis: et alius determinās: qui cōceptus includanť quiditatiue in eo qō resoluiť: sed simplex absolute est ille qui nō resoluiť in plures partes eēntialiter diuersas. Licet resoluatur in actū ⁊ potentiā: seu in conceptū determinabilē ⁊ determinantē: quoz quilibet pōt terminare actuz intelligēdi seorsum sine alio. ¶Tertio est aduertēduz: q; simpliciter simplex est ꝑmo diuersum ab omni alio conceptu: ⁊ nihil includit quiditatiue. vt in. 5. metaph. capi. de eodē: vel diuerso. ⁊ io. metaph. textu cōmē. iz. Licet includat aliquid identice: aut denominatiue. Simplex aūt qō includit actuz ⁊ potentiam: quocūq; modo includat: continet in se aliquod predicatum: qō predicať quiditatiue de ipo. Et dato q; tale esset ꝑmo diuersuz quantum ad quiditatē generis ⁊ differētie eēntialis: ita q; nihil per se includeret in ꝑmo modo dicendi per se: quod eēt per se in genere ⁊ directe: tamē ei nō repugnat vt cōtineat aliquid quiditatiue: qō est trāscēdens.

Ex his respōdeť ad argumētum. Qz lz materia ꝓma accepta in se: ⁊ vt est pura potentia: nihil actualitatis includat: neq; phyce: neq; metaphyce: tamē hec materia ꝓma signata seclusa omni forma substātiali ⁊ accidētali: non est simpliciter simplex: sed includit materiaz in cōmuni quiditatiue: ⁊ pōt resolui in conceptuz materie in cōmuni accepte: ⁊ in hecheitatē sibi aduenientē: ⁊ ita quantūcūq; sit simpliciter simplex quātū ad quiditatē genericā ⁊ specificam: ⁊ etiā quantū ad differentiā essentialē: nō tamē est simpliciter simplex quantum ad omnē quiditatem trāscendentē seu predicamētalem: dūmodo talis predicamētalis non fit directe in genere. ¶Ad quīntū argumentū respondeť: negando q; hec materia ꝓma: seu materia signata per hecheitatē nō sit in pura potētia respectu cuiuscūq; actus phyci ⁊ naturalis: quia talis materia signata nullā formā sibi materialē determinat quēadmoduz: neq; materia in cōmuni: sed bene talis materia nō est in pura potētia respectu actꝰ metaphyci: Qui est conceptus obiectiuus realis determinans naturam materie ad esse hoc ⁊ singulare. ¶Ad vltimū quum dicitur: q; si materia determinareť per talem singularitatem posset materia trāsmutari ab vna singularitate in aliam. Negať consequētia. Uerū est q; quodcūq; est indifferens ad aliquas realitates realiter ⁊ formaliter diuersas: quātuz est ex se: potest transmutari ab vna in reliquā: modo differētie indiuiduales sunt eedē realiter: lz non formaliter materie ꝓme. ¶Et si dicas materia ꝓma manet singularitate corrupta. ergo sunt distincte realiter materia ⁊ singularitas. ¶℞espondetur: q; lz natura māe maneat in se singularitate corrupta: non tamē eē singulare māe ⁊ signatū manet corrupta singlaritate. modo singularitas nō est eadē realiter materie ꝑm essentiā eius ⁊ quiditatē: sed ꝑm esse singulare: qō habet in hoc indiuiduo materia: qō indiuiduū non manet corrupta singularitate ⁊ rōne: que erat ꝑncipiū indiuiduādi materiā: neq; hoc repugnat ei qō dicit in ꝑmo phyficoz. Qz materia est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: qz hoc intelligitur de materia vt est eēntia ⁊ natura extra intellectū ⁊ potentiam sue cause: sed non de materia vt hec ⁊ singularis.

¶Horum aūt non est diffinitio: sed cum intelligentia aut sensu cognoscūtur. Textu commenti. xxxv.

Questio. VII.

Utrum. Singulare per se ⁊ directe intelligatur ab intellectu.

¶Et arguiť ꝑmo q; nō: qōdest: est p se ⁊ ꝑmū obiectū intellectus: singulare non hz qōquidest. Tuz qz eēt diffinibile: Tū qz singulare inquantū singulare dicit aliquid incōicabile: qōdest aūt est cōicabile: vel saltē sibi nō repugnat cōicari. ḡ singulare nō hz qōdest: ⁊ ex consequēti nō pōt per se ꝑmo intelligi. ¶Itē 2° arguiť. Si singulare esset ꝑmo intelligibile ⁊ directe: aut per eadez spēm cum spē vlis: aut per aliā ⁊ aliā spēm: nō per eadē: qz nulla vna spēs pōt aliquid repñtare sub rōne idistincti ⁊ distincti: lz spēs vniuersalis repñtat indistincte species singularis distincte. ḡ nō per eandē spēm: neq; etiā

UVA. BHSC. IyR_086_2

per aliã ꝛ aliã: qz sicut ꝓ vnũ singulare causareť ſpēs vni uersalis: ita ꝛ ꝓ qōlibet singulare causareť ſpēs eiusdem vlis: quo dato: sequiť: aut ꝙ infinite spēs vlis eēnt in itellectu: aut ꝙ eadē spēs posset intēdi in infinituz: ꝓñs est falsum. ḡ ꝛ añs: ꝑñtia est euidēs: qz spēs vlis gigniť a spē singularis. ḡ sicut gignereť ab vno singulari: sic posset gigni a quolibet alio: ſz cũ talia possint ire in infinitũ segť ꝓpositũ ꝙ talis spēs vlis vel possit multiplicari in infinitum vel saltem intēdi in infinitum.

Ad oppositum tñ arguiť: quicquid perfectiõis competit potētie inferiori: non debet denegari a potētia nobiliori: sed perfectionis est in potētia sensitiua ꝙ cognoscat singulare. ḡ hoc non dz denegari a poª intellectiua q̃ est nobilioz.

In ista qõne ꝓmo poneť ꝛ oppugnabitur opi. ſ. Tho. Scõo diceť ad q̃stionez ꝑm vias ꝓpriã. Tertio mouebunť difficultates ꝑ zmam articu. ꝛ solueńť. Quarto respondebiť ad rõnes in ꝓncipio.

gnoscibilitate est ꝺtinere vtualr: fz qđ neutro mō sic ꝺti
net nō pōt ducere itellcm̄ i cognitiōez alteriᵘ. mioꝛ pbꝫ:
qr eē pᵐ mouēs nō ꝺtinet eēntialr eē pᵐ ens: qr eē pᵐ ens
nō seq̄t̄ ad pᵐ mouēs i ꝓña eēntiali. vt dcm̄ ē: nec ēt sic
ꝺtinet vtualr: qr ꝺtinēs vtualr aliud ē pfectiᵘ ꝺtēto: vel
saltē nō ipfectiᵘ: qr ꝺtinētia vtualis vel ē equoca vl vni/
uoca si ē ꝺtinētia cāe equoce: cā equoca totalis in suo or
dine ē pfectioꝛ suo effectu: qr oēm pfectiōez quā bz effe/
ctus bz a sua cā. g̃ ois pfectio i effectu vtualr repit̄ in cā.
Et istā ꝓpōnē q cā equoca totalr in suo ordie sit pstātioꝛ
effectu ꝑsuppono, p nūc: cuius, pbatio hr̄ supiᵘ in. q. vt
suba pōt fūdare relonē poᶜ actiue. artiᵒ. pᵒ in pn̄°. r in 4°
snīa Aꝝ. di. iz. q. 3. a Doct. subt. Ex ℔ iferr̄ ꝓpoᵐ: q cū ꝺce/
ptᵘ pmi mouētis sit ipfectioꝛ q̄ ꝺcepᵗ⁹ pmi entis: ꝺcepᵗ⁹
pmi mouentis: nō ꝺtinet vtualr ꝺceptū pⁱ entis: q ät tal'
ꝺcepᵗ⁹ sit ipfectioꝛ. pbr̄. Tū qr ꝺcepᵗ⁹ pⁱ ētis ē absolutᵘ: r
ꝺcepᵗ⁹ pmi mouētis ē respectiuᵘ: r ꝺcepᵗ⁹ absolutᵘ ē pfe/
ctioꝛ respectiuo. Tū qr ꝺcepᵗ⁹ pmi ētis ꝺpetit deo ex se.
r p nāz ꝓpriā. Cōceptᵘ pmi mouēt] ꝺpetit ex alio: r extrī
secе ipsi ꝺo. g̃ rc̄. ¶ Sz ꝺ istā rōnē istat̄: qr fātasma ꝓdu
cit spēz itelligibilē i itellcū poli: r tñ spēs itelligibil' ē p/
fectioꝛ fantᵗᶜ. nō obstāte q ipz fātasma sit cā equoca re/
spectu spēi itelligibil'. Sil'r obz sensibile ex: ē ipfectiᵘ spē
sēsibili recepta i sēsu: qr obz ex ē māli⁹: r spēs sensibil' est
imālioꝛ. g̃ ꝓpō assūpta ē fla. ¶ Rñr q ꝓpō de obto co/
gnoscibili sic bz itelligi. nllz ipfectiᵘ eēntialr r obiue pt
ducere itellcm̄ i notitiā pfectioꝛis. fātasma ät lz sit ipfe
ctiᵘ q̄tū ad eē respcū spēi itelligibil': nō tñ ē ipfectiᵘ obtī/
ue: imo pfectiᵘ. Qr fātasma repñtat ipz singlare: spēs in/
telligibil' nāz abstractā a singlari. mō singlare iq̄tū sin/
gulare ē pfectiᵘ obz i re r i effectu q̄ sit ipsa nā. ¶ Ad ℔
facit qđ dic̄ Aꝝ. i pdicaᵗᵒ subē volēs q pᵒ suba q̄ ē singu/

UVA. BHSC. IyR_086_2

laris:est maxie suba.ꝛ p ons maxie ens: ꝛ ita cuz fantasma:ꝯtū ad illud qđ repñtaꝫ p ipm:dicaꝫ eē pfecti⁹: poterit cāre spēm itelligibilē:ſz ad ppositū ꝺcept⁹ ꝑmi mutetis:neqz eēntialr:neqz obtiue ē pfectioz ꝯ ꝺcept⁹ ꝑmi entis.ḡ iste ꝺcept⁹ nō ducet ī cognitiōez alteri⁹. Ad ꝫ ēt de fan^tc^ pōt dici breuiter qꝺ cū fan^tc^ ꝺcurrit itellcūs agēs ad cāndā spēm itelligibilē.ꝛ iō fātasma nō ē cā totalis. sic assumiť ī ppositō. ¶ Ad illud de spē sensibili: cū ipa spēs sensibilis sit silitudo deriuata ab obto: ꝛ vlteri⁹ diminuta ōficit aliq̄ mō a pfectiōe obti.obz.n.hz eē reali⁹ tale vel tale ī seipo:ꝯ in spē sensibili. Uñ color hz veri⁹ eē colozis:ꝛ reali⁹ ꝛ ēt actuali⁹: ꝯ spēs colozis q̄ nō ē color: nisi repñtatiue. Et ita ſz daret qꝺ ꝯtū ad esse īmale ipa spēs sensibil eēt pfectioz:nō tñ obtiue: ꝛ ꝯtū ad tale eē:respcū cui⁹ ē for^a^ imitatiua:ꝛ ymago repñtatiua ipsi⁹. Et vlteri⁹ spēs sensibilis ē mālis ꝛ extēsa ī ozgano:ꝛ sī dicit ītētiōalis: qz p ipsaz po^a^ sensitiua tēdit in obm vt interminū: nō tñ ē itentiōal vt distīguit ꝺtra māle. vñ qz spēs pficiūt subta nō in se: ſz in ozdie ad obta. iō dñr intentiōales. ¶ Ex ꝫ ad ppositū. (quū ꝺcept⁹ ꝑmi entis: nec ꝯtū ad esse:nec ꝯtū ad rōnē obtiuā sit ipfectioz ꝺceptu ꝑmi mouēt]:nec ꝯtū ad eē:nec ꝯtū ad obz adeq̄tur ꝺceptui ꝑmi entis.) Segť qꝺ ex ꝫ nō possit illud cogſci. Et p ꝫ hz euidētiā z^a^ rō adducta. ¶ Itez 3°:pncipalr arg. Illa scia nō ꝑbat p^m^ ꝑn^m^ eē qđ ē ōs: q̄ nō dat euidētiā p missis:ex qb⁹ hec ꝺclo ifert: ſz scia nālis nō dat euidentiā pncipys demſtiuis ꝛ pmissis ex qb⁹ hec ꝺclo ifert. metaph.sic.ḡ ꝛc. maioꝛ vř nō.ꝛ minoꝛ ꝑbať:qz cognitio metaph.de deo excedit cognitōez phi nālis de eodē:tā extēsiue pp multitudinē ꝓpetatū ꝛ passionū cognitarū ō deo:qz plēs ꝓpetates de ipo cōsiderat me^ca^ ꝯ nālis extēsiue:ꝯ ēt intēsiue pp pfectioꝛē coḡnez ꝛ altioꝛē modū coḡscēdi quē hz metaph.ēt loq̄ndo de coḡne qz. Nā ī tali coḡne ē dare latitudinē ꝛ excessum ℔ magis ꝛ min⁹. Uñ ad altioꝛē coḡnē loq̄ndo ō coḡne:qz. attingit meta. ꝯ nālis:qz pfecti⁹ ē coḡscere deū inꝯtū p^m^ ens ꝯ inꝯtū est p^m^ mouēs. Ex q̄ appet vitas ꝺclonis:qz si pfectioz cognitio bētur de deo a metaph.nō ḡ certitudo ꝛ euidētia isti⁹ ꝺclonis. Primū ens est.hř a nāli. ¶ Et ꝺfirmať ꝫ: qz ſz meta.depēdeat a nāli q̄ ad notitiā incōplexā habē dā de termis suoꝛ pncipioꝛ ac ctiā ꝺclonū:nō tñ depēdet q̄ ad notitiā ꝓplexā ō istis. ¶ Itē 4° pncipalr argř. si eēt veꝛ qꝺ metaph.nō posset ꝑbare p^m^ ens eē: qz me^m^ p qđ ꝑbareť est abstractū a sensibilib⁹:ꝛ nālib⁹ ex q̄ abstractiōe ab ipsis hz tale mediū euidētiā:ſeqreť qꝺ nulla demſtio posset fieri in meta^ca^ ꝛ mathe^ca^ q̄ nō eēt nālis. Cōsequēs est falsum.igiť ꝛ añs:ꝛ ꝓña argř:qz p te tota rō ꝓp quā mediū ordinatū ad istaz ꝑbādā.p^m^ ens est nāle: qz abstrahit a nālib⁹: ſz qđlz mediū in q̄cūq̄ demſtiōe abstrahit a nālib⁹: aut est abstractū.ḡ ꝛc. ¶ Itē vltimo argř. Illa scia q̄ ꝑbat p^m^ ens eē dat euidentiā oīb⁹ ꝺclonibus in scia meta^ce^. vel ꝑmissis ad oēs tales ꝺclones. Sz scia nālis nō dat euidētiā oīb⁹ ꝺclonib⁹ metaph.neqz ꝑmissis ad oēs tales ꝺclones:meta^ca^ vo sic.ḡ ꝛc. ꝓña ē nō.cū minoꝛi.maioꝛ aūt ꝑbať:qz eēntialioꝛ ē ordo ꝛ dependētia scie ad p^na^ subti:ꝛ ad ipm subm ꝯ ad alia: ꝛ ḡ si scia nō hz euidētiā ab altera scia q̄ ad alias ꝺclones:nec quo ad istā ꝺclonē:in q̄ demſtiť p^n^m^ sui subti. ¶ Confirmať ꝫ. Tū qz deť qꝺ scia bēat euidētiā ꝛ certitudinez q̄ ad p^n^ sui subti ab alia scia (cuz tota certitudo scie sit ex certitudie subti:ꝛ ꝓncipioꝛ ipsi⁹) segť qꝺ ois ꝺclo in tali scia hñte certitudinē ab alia:certificabiť p illā aliā sciētiā. Tū ēt qz ꝺclones in scia vtualr ꝺtinenť in subto p illi⁹ scie:cui⁹ est obz ꝑmū.ḡ ois certitudo obti erit certitudo illaꝛ ꝺclonū deducēdaꝛ ex pncipys in obto vtualr ꝺtētis. ¶ Et ꝺfirmať ꝛ°: qz si vna scia depēdet ab alia q̄ ad illa a qb⁹ eēntiali⁹ depēdet: vel respcū quoꝛ ē ordo scie eēntialioꝛ:multo magis q̄ ad alia. Et pp boc hz euidētiā rō Auic. ꝺ Auerroym:qꝺ vz. phica esset simplr poz metaph. ꝓterea:qz ab ipsa phica metaph. accipet oēm euidētiā pol'em hēri de pncipys subti ipsi⁹. Mō ex boc pōt sic argui. Illa scia ē simplr poz alia: q̄ accipit ab alia oēz euidētiā ꝛ certitudinē possibilē hēri de pncipys sui subti. (ꝛ nōter dř oēm euidētiā possibilē hři:qz vt ē dē mēte Auerro.z.phico ꝛ.ꝺmē.zz. In eadē scia in q̄ ē alia posterioꝛi:ſz demſtiōe pp qd nō pñt ipa demſtari. Ex q̄ segť:qꝺ eadē scia in q̄ est tale subm:nō hz oēm certitudinē ꝛ euidētiā possibilē hēri de pncipys ipsi⁹ subti. Sz vbi hřet talē euidētiā nō possz euadere qn eadē scia cēt simplr poz seipa. Mō assumpta ista maioꝛe:q̄ declarata est:accipio istā minoꝛez:) ſz metaph. hz a phica oēm euidētiā ꝛ certitudinē poleꝛ haberi de pncipys sui subti. ḡ simplr est poz phica metaph. minoꝛ ꝑbať:qz ōs ꝛ itelligētie sunt pn^a^ entis in ꝯtū ens est:ex.4.ꝛ.6.metaph.dicente Aꝛ. in pn°.6.-Principia ꝛ cāe q̄runť entiū in ꝯtuz entia sūt. vbi cōiter p pn^a^ entiū exponiť ōs ꝛ itelligētie. Et 4° metaph. oñdit Aꝛ. metaph. cōsiderare pmas cās:qz ꝺsiderat effectū pmarū cārū. mō de deo:ꝛ de itelligētys q̄ ad suuz esse nō pōt hři rō declatiua nisi in phia nāli. ḡ segť pposituz:qꝺ phia nālis est simplr poz. ¶ z^a^ ꝺclo est: qꝺ metaph. nō pōt ꝑbare subas sepatas eē a ꝓzi. hec ꝓz. Tū qz sūt cāe subi ꝑmi metaphy. vt ꝓz ex dictis. Tū qz sūt p^c^ ptes subtiue. Qꝛ cāe subti nō demſtenť a ꝓzi: ꝓz p Auerro.z.phyco.cōmē.zz.vt allegatū est:ꝛ.iz.metaph. cōmē.5. Qꝛ p^c^ ptes subtiue sic nō demſtenť:ꝓz p ipz.z.de aīa.ꝺmē.z7. ꝛ.6.metaph.cōmē.i. ¶ Rō ꝑmi ē:qz nihil est prius istis in scia. ¶ Rō scōi ē:qm̄ qcqd ē euidēs de subto p: est euidēs ēt de ꝑmis ptib⁹ ei⁹. ḡ sic nō fit demſtratio a ꝓri de subto:ita nō fit de ptib⁹ subtiuis. ¶ Sz ꝺ Auerro. istať:qz hz ipe locis ꝓallegatis.vz.z°.phyco ꝛ.ꝺmē.zz.ꝛ iz°.metaph.ꝺmē.5.qꝺ cāe subti ꝑmi pñt demſtari a posteriozi.ḡ ōs ꝛ itelli^c^ poterūt demſtari in metaphyca: ite dicit qꝺ subz nō pōt demſtari eē a ꝓzi:ḡre ex cāis subti cognitis cognitiōe qz. nō poterit demſtari eē a ꝓzi de subiecto. ¶ Itē ꝺ Auic.qꝺ ꝺdicat sibi: qz negat artificē pose ꝓbare pnci^a^ sui subti esse siue a ꝓzi siue a posteriozi:ꝛ tñ ꝺcedit hāc sciam metaph. ꝑbare ꝑmas cās esse.ꝓ siue metaph.ca. ꝓ.q̄ sūt cāe sui subti qđ ē ens. ¶ Ad hec rñr. Et ad ꝑmū qꝺ cāe subi ꝓbanť vbi nō sūt p^c^ ptes subtiue subti ꝑmi adeq̄ti:itelligētie aūt sūt hꝫ respcū entis:ꝛ sic ēt subm ꝑmū ꝑmitate pfectionis in scia nō vbi p^a^ sit ps subtiua subti adeq̄ti. vñ ī scia de aīa nō ꝓbať aiaz itellectiuā eē:ſz solū qꝺ est pn^m^ itellectiōis in hoie:ꝓsuppositō qꝺ sit si ꝓbať esse ꝓbať p habitū cōem toti scientie nāli. ¶ Ad z^m^ dř qꝺ eē ē oñsibile ō subto p rōnē formalē subiecti seu p pn^a^ ei⁹:nō tñ demſtabile.ens.n.qđ ipoꝛtať eē nō solū est ꝑmū qđ ies ynicuiq̄:ſz etiā est p se notū ſz se de illo:qz p nihil certi⁹ ꝛ euidēti⁹ de re iest ipsi rei ſz se:ꝛ q̄ ad nām qcqd sit de ozdie ꝛ cognitōe q̄ ad nos. si igiť eē demſteť de subto p rōnē ei⁹: aut pn^a^ sua non demſtabit p illō qđ sit cā iherētie eē ad ipm subz:exq̄ imediatissime iest ei:ꝛ ista demſtatio nō erit ꝓpe demſtatio: ſz q̄dā ostēſio ēt a posteriozi respcū pdi^t^ oñsi. Demſtatio ꝓpe est p ꝓzia ꝛ notioꝛa q̄ ad nāz si sit pp qd qđ nō est in pposito: vel alr pōt dici qꝺ si eē demſtať de subto p pn^a^ sua nō demōſtrabiť nisi p pn^a^ nota notitia qz. in scia cui⁹ ē subz.ḡ si demſtabiť eē ꝫ erit tñ a posteriozi ꝛ in ꝓcessu:qz nūq̄ erit ꝓcessus pp qd:nisi resoluant ipa pn^a^ in pn^a^ sua ꝓzia: qđ nō pōt fieri in eadez scia in q̄ ē tale subm de q̄ demō/

UVA. BHSC. IyR_086_2

strat esse: sz prima rnsio magis est ad mentez auctoris. Ad Auicē. dr q intelliᶜ pbant esse in metaᶜᵃ nō ex eo q sint cāe subti: sz qz pncipaliores ptes subtiue subti pmi: r tūc negādū eēt sm Auicēnā q gcgd est euidēs seu notū de subto sit notū de pmis ptib⁹ subtiuis. stat. n. q aliqd in scia sit notiᵘ q ad nos qz esse de ptib⁹ subtiuis: sz p de subto sit notissimū q ad nos r pⁿ suppoᵐ toti scie.

Modo quātū ad 3ᵐ articu. Ad argᵗᵃ pncipalia rnr. Et p ad pmū dō q mediuz pqđ demrat pmū pnᵐ eē: est īmāle abstractū a mā: iqz ᵐ est subz trāsmutatōis r motᵘ r put ipa est pnᵐ potētiale r mobile: sz tale mediuz nō ē īmāle abstrahēs a mā: vt ē pnᵐ eēntie r gditatis rei: vel saltē vt ē deferēs gditatē: r aliq mō nec̄io ꝯcurrēs ad ipsaz gdiᵗᵉˢ r eēntiā: r ꝓcedit q tale īmāle ē effectᵘ ipsi⁹ dei. pducētis iqztū pducēs ē: r nō iqztū trāsmutās: r silr dei finiēt̄: iqztū finis ē cā rei sz eēntiā: r nō sz opōnē: r motū. vt dcm̄ ē i corpe qōnis. ¶ Or si tu dicas: q illud mediū nō cogscit: nisi p babitū phycū r nāle. ¶ Cōcedit: q ad cognitiōez isti⁹ deuenit er cognitōe nāli. Sz dr q babito isto medio r cognito phyce r nāli rtellcūs abstrahēdo ꝓsiderat ipz mediū galiū bitū ab bitu nāli: qz p bitū metaph. q cognito per ipz demrat ipam pnē: mere metaph. Uñ ab ipo medio abstracto ab oi motu r mutatōe r ab oi mā sensibili īcipit ꝓsideratio meᵗᵃ r demratio pmi phi. ex bis cōcedit: q phica ē p̄or metaph. ordie origis: r via doctrie: sz ordine nāe metaph. ē simplr p̄or. Et b ēt ꝓcedit Cōmē. 6. metaphy. ꝓmē. 3. vbi bz q metaphycā discim⁹ post phicaz: sz metaᵗᵃ sit p̄or nā: r ita nō plus ꝓcludit istātia: nisi q ordie origis phyca p̄cedit metaph. r ꝑsuppōit ab ipa: q ad notitiā simplicē termiox bñdā: tam de pncipys qz ēt de pnibus: nō tm̄ q ad notitiā ꝓlexā ipox. ¶ Ad 2ᵐ argu. Rnr: dō qđ ex ordie mobiliū: nō tm̄ iqztū sūt mobilia: sz ēt sz eē: pñt cogsci ītelligētie r nūer⁹ ipsaz. vñ celi nō tm̄ depēdēt ab ītelligētys sz motū: vez ēt sm eē: qz ītelligentia dat ipsi celo figurā r qztitatē r cetera accītia q regrūt ad motū circulare. r b vr eē de mēte Auer. in de suba ordis. Ubi vult q corp⁹ celeste nō idiget vtute mouēte i loco tm̄: sz vtute largiēte ipsi celo i se: r i sui suba p manētiā eternā. r mlta alia dicit ibi q vñr facere ad istā pnē. Ex q nos ꝓcludim⁹ q ex mobilib⁹ iqztū bñt ordinē eēntialē sz eē possum⁹ cognoscere meᶜᶜ ipas ītelligētias: ita q sz p̄us phyce r nāli ex mobilib⁹ cogscam⁹ ipas intelligētias iqztū sūt mouētes ordie origis: tm̄ ex mobilib⁹ qztū ad eēntiā ipox r ordinē eēntialē q ꝓseqt eēntias eox: possum⁹ metaᶜᵉ abstrahēdo p ītellcm̄ a motu r mobilitate cognoscere ipas ītelligētias: inqztū sunt cāe isto rū mobiliū sm esse. ¶ Ad vltimū. Rndet: q illud metaphysi. r est abstractū sm cōsiderationez. Et cuz tu dicis q abstracta nō sunt nobis cognita perfecte. Respdet q si hoc est veruz: hoc bz intelligi de abstractis sm esse r sm consideratiōē. sicut sunt deus r intelligentie: sed loquēdo de abstractis tm̄ sm considerationem: hoc est falsum. Alioquin cōmunissima r vniuersalissima nō eēnt nobis p̄mo r perfecte cognita ordine nature r in cognitiōe distincta: qđ est falsuz: r cōtra Auicē. p̄mo metaphy. cap̄lo. 5. vbi vult q ens r res p̄ma impressiōe imprimunt in aīa: nec possunt māifestari ex alys notiozibus r certiozib⁹ se. Ex quo concludit: qđ nibil est nobis notius r certi⁹ cognitiōe distincta ipso ente communissime sumpto. quare rc̄.

¶ Sensibilis vero substantia mutabilis. si autem mutatio est ex oppositis r medijs rc̄.

Textu cōmen. VI. Questio. III.

Truz media ordinū sint cōpositā ex ordinib⁹. Arguit q sic. p̄mo auctē Aꝛ. 10. metaph. tex. 2m̄. 23. r de sensu r sen. c. 8 colore: vbi bz q medy colores sūt ex extremis. Et b idē sentit de sapozib⁹ r odozib⁹ medys. Hoc ꝓfirmat Cōmen. p phic. cōmē. 56. r. 47. r. 5. phyco. ꝓmē. 52. r alibi frequenter. ¶ Probr ēt rōne. Illud qđ ptcipat aliq sm magl r minᵘ ē ꝯpositū ex illis: sz media iter ordia ptcipāt ipa ordia sm magis r minᵘ. g rc̄. Maioz vr nō: r mioz pbat. Fiscū. n. vr magis albū qz rubeuz. qre rc̄.

Ad oppositū vr eē auctoz sex pncipioz q dicit q foꝛᵃ est ꝯpōni ꝓtingēs simplici r inuariabili essentia ꝓsistens: sz media ordioz sūt forme.

In ista qōne (vt pz. qre rc̄. p̄recitabit opio quā nō teneo. 2° ponet opio Doc. subti. 3° rndebit ad argᵗᵃ in pn°.

Est vna opinio que tenet partem affirmatiuam. q. p qua adducunt aliq rōnes: qrū p̄ma est ista. Agēs nāle qđ agit in subm bñs forma ordiā nō subito ītroducit totā formā intenᵘᶜ: sz in tpe r ptē post ptē. tūc sic: ista successio aut ē ex cōpossiᵗᶜ ptiū foꝛᶜ: aut ex insufficiētia agentis: aut ex subto nō potente recipe totā formā: aut postremo pp qlitates r dispōnes ordias. Nō p mō qz ptes foꝛᶜ sūt eiusdē rōnis r sūt portiones eiusdē foꝛᶜnate ꝓstituere vnā foꝛᵃᵐ totalē. Neqz 2°°: qz si agēs ē īpfectū amoueat ipfectio r qrat vt pus. Nō ēt 3°°: qz sic iste ptes foꝛᶜ sūt eiusdē rōnis iter se: ita r ī ordine ad subz r susceptiuū: r ēt in fine oēs ptes foꝛᶜ sūt sil in eodē subto. igit ista successio ē p dispōnes ordias ī subiecto repugnātes foꝛᶜ itroducēde: r sic sil sunt ordia ī formis remissis. ¶ 2° sic. Oē illud qđ stat cū motu ad aliq formā stat sil cū eē remisso illi⁹ foꝛᶜ. ista pz: qz in motu q fit sm aliq formā foꝛᵃ itroducēda sz quā fit motᵘ bz eē ipfectū qđ semp pficit. nā talis motᵘ nō ē nisi foꝛᵃ fluēs r icōpleta. vt dr. 3. phyco. Sz foꝛᵃ ordia ex q subm mutat stat cū motu: qz tal est cā successiōis ī motu sm Cōmen. 4°. phyc. ꝓmē. 71. qz successio nō pōt eē nisi rone foꝛᶜ ordie ī mobili exītis. igr rc̄. ¶ 3° sic. Tertū ē q ī mixto manēt qlitates elᵗᵒᵣ remisse. alr non magis dispōneret mā ad formā mixti qz ad foꝛᵃᵐ elti. igit cū qlz ps mixti sit mixta r qliᵗᵉˢ elᵗᵒᵣ sint ordie. segt q ī eadē pte māe sint qlitates remisse ordie. ¶ 4° sic. Sint aliq agētia ordia q sint apta agere mutuo ad seiuicē in dispōne debita ad agendū r patiēdū: r iter ista sit mediū qđ sit aer: r ista agētia sint calidū r frīdū sub talib⁹ gradib⁹ q alter possit agere ī relinquū p tale meᵐ b totū ē pole. tūc cū agēs nō possit agere ī distās: nisi agēdo in meᵐ vt bz videri ex 2° de aīa. tex. cōmē. 74. r vtrūq istoꝛ agat in reliquū: segt q vtrūq aget ī meᵐ: r cū actiōes sint ordie. igit foꝛᶜ ordie p manētes erūt ī eodē subto: sz nō erūt ibi sm eē itēsuz. g sm eē remissū. ¶ 5° sic. Si ordia nō pñt nālr eidē sil ieē: segt q qñ aliqđ subm trāsmutat cōtinue de vna foꝛᵃ in aliā formā ordiā foꝛᵃ cozrūpēda bz vltimū istās sui eē vl de foꝛᵃ gnānda daret p̄ᵐ iductū p motuz. ꝓs vtrūq est sm. ex. 6. phyco. tex. ꝓmē. 47. r. 8. phyc. tex. ꝓmē. 69. igr illud ex q segt. ꝓña pz. nā totū tps in q subz ē sub forma corrūpēda: r totū ī q est sub foꝛᵃ gnānda totū b r totū illud totalr se excludūt si ordia nō ponūt sil: r vlteriᵒ nlluz tps mediū ē iter illa: alr subz p aliqđ tps careret vtraq foꝛᵃ. Ex b argr. Si aliqđ frīdū altereт ad calitatē: motᵘ remissiōis frigoris erit vsq ad aliqđ istās datū citra qđ nibil erit iductū de calitate. g in illo instāti erit vltimū eē frīditatis: vel si nō: saltē dabit p̄ᵐ iductū de calitate: r ita p̄ᵐ ī motu calefactōis. ¶ Uel alr formet rō. istās co-

L z

UVA. BHSC. IyR_086_2

pulās vtrūq; tps: vl' se tenebit ex pte foꝛ q̄ coꝛrūpit: vl' ex pte foꝛ q̄ acgrit. si p̄ frig' hēbit vlti fui eē. si ꝛ ꝯda bit p̄ mutatio i calefa. ¶ 6. Agēs nāle nihil coꝛrūpit nisi cando aliqd icōpole coꝛrūpēdo: ꝛ ita ēt nō remittit aliq̄ formā: nisi cando aliqd icōpole illi fm aliquē gradū ꝛ fm qd illud cāt in maiozi gradu vl minozi coꝛrūpit gradū ipsi⁹ pexūtis. q̄re ꝛc. ¶ Ulti⁹ argr. Dē qō mouet hz aliqd vtriusq; extremi. igit cū mot⁹ sit a ꝺrio in ꝺriū hz aliqd vtriusq; ꝺry: q̄ ꝑpō Az. i. 6. tex. ꝯmē. 32. nō eēt vera nisi ꝺria seiuicē ꝯpaterent in eodē sub gradib⁹ remissis. ¶ Sz nō obstātib⁹ istis rōnib⁹ teneo ptē negatiuā. q. p q̄ pte p argr̄ auctate Az. 4. metaph. tex. ꝯmē. 27. vbi hz q̄ si ꝺria eēnt sil: tūc ꝺdictoꝛia eēnt sil. vñ dic sic. Qm̄ aūt ipole ē ꝺdictoꝛ sil eē verā de eodē: palā q̄ nec ꝺria sil incē eidē ꝓtigit. Et īmediate subdit ꝓbatoꝛ: q̄ vt dicit vnū ꝺriū ē puatio alteri⁹: q̄ nō est itelligēdū q̄ vnū ꝺrioꝝ sit puatio alteri⁹ eēntialr: q̄ qōlz ꝺrioꝝ ē foꝛ maliter aliqd positiuū: sz itelligit illatiue seu ꝯsecutiue. nā ad positionē vni⁹ segt negatio alteri⁹. Et B q̄ eēntia vni⁹ ē icōpossibil eēntie alteri⁹. segt. n. in B subto ē albedo. g̃ in B nō ē nigredo ꝛ e. ꝛ ꝑ pōnē tuā ponēdo ꝺria sil segt. in B subto est albedo ꝛ ēt nigredo. g̃ ista duo vīfica bunt de eodē sil. vz. q̄ in eo sit nigredo ꝛ nō sit nigredo: nec vadet fugere ad denoiatiōez: dōo q̄ hꝫ subm nō denoiat nigrū: nisi nigredo sit vltra dimidiū toti⁹ latitu⁹: aut i eē itēso re albedis. nā vn⁹ grad⁹ albedis ē eēntialr albedo: ꝛ i ipa saluat ꝯplete rō specifica albedis: q̄ simplex i q̄cūq; ē fz se totū ē: albedo ē foꝛ simplex: sz p Az. eēntia vni⁹ ꝺry icludit puatōez alteri⁹. g̃ si in aliq̄ subto sit albedo necio segt in ipo eē puationē nigredis. Cōfirmat: q̄ si euaderet tale subz nō denoiari q̄tū ad esse: q̄ denoiatio hz fieri p ꝯcreta denoiatiua: nō tn̄ euadit de denoiatōe q̄tū ad ineē: de q̄ denoiatōe hr̄ z⁰ thopi. c. z⁰ g̃ lz daret q̄ tale subm nō eēt nigrū: nō tn̄ fm istā pōnez dz ꝓcedi q̄ in eo nō sit nigredo: q̄ tūc positio cōcederet q̄ nigredo ieēt tali subto: ꝛ nō ieēt: q̄ō est ꝺdictio. ¶ Ꝑ. ad p̄n. Diuersitas diuersificās aliq̄ gen⁹ in spēs ē ꝺrietas. hoc ꝓbat auctate Az. i. io. metaph. tex. ꝯmē. 24. ingrit. n. ibi q̄ sūt ille dōrie q̄ faciūt specificā ꝺrietatē: ꝛ determinādo se dicit q̄ dōrie spēc⁹ sīt tales: alie āt sūt dōrie mā les ꝛ accītales nō ptinētes ad spēz: sz ad idiuidua. Et ꝓbat ēt B assūptū rōne: q̄ dōrie p se dīdētes gen⁹ i spēs sūt oppoⁱᵗᵉ: alioqn posset ꝯuēire vni ꝛ eidē: q̄ō ē fz: q̄ diuersificāt ipz gen⁹: ꝛ faciūt ipz diuersū i diuersis: ista oppō nō pōt eē nisi ꝺrietas: q̄ nō ē oppō ꝺdictoꝛia: q̄ spēs cōstituit p dōriaz: ꝛ nō ꝓstituit in eē p simplicē negatōez: si cut ē negatio ꝺdictōis: neq; p eandē rōnē est oppō puatiua: q̄ puatio formalr est pura negatio: dōria spēᶜᵃ nō ē foꝛ maliter negatio: neq; ē oppō relaᵗᵃ: q̄ talr oppō ē accīntalr. g̃ a sufficiēti diuisiōe talr oppō iter dōrias specificas ē oppō ꝺrietatr. ¶ Ex B ad ꝑpoᵐ. vbicūq; repit dōria spēᶜᵃ ꝺrioꝝ ibi repit oppō ꝛ repugnātia ꝺrietatis: sz i formis accītalib⁹ sub gradib⁹ remissis repit eēntialr talis dōria spēᶜᵃ. g̃ ibi ē oppō ꝺrietatis. igit sic in gradib⁹ itēsis nō se ꝓpatiūt adiuicē: ita neq; i remissis. ꝓbat ista vltia ꝓna: q̄ nā ꝺrioꝝ ē q̄ mutuo se expellāt ꝛ vicissiz īsint. Cōfirmat: q̄ vbi ē eq̄lis rō repugnātie ibi ē eadē icōpossibilitas. sic ē i ꝑpōsito: ꝛ ꝑsertiz B hz efficaciā ꝺ pōnē. s. Tho. q̄ vult q̄ in itroductōe gradus foꝛ tota eēntia foꝛ itroducat: ꝛ p ꝓns ibi est tota rō repugnātie ꝺrietatis. ¶ 3⁰ ꝑncipalr argr. Impole est duas spēs q̄ sunt eēntialr act⁹ ꝓstituere vnā p se spēm eque simplicē cū ꝓstituētib⁹. pz ista: q̄ vnitas p se i ꝺceptib⁹: ac ēt i reb⁹ est ex p se actu ꝛ p se po⁹. igr si qōlz ꝓstituēs ē eēntialr eq̄ i actu nō faciēt vnū p se ꝛ maxie qō sit eq̄ simplex cū ꝓstituentib⁹. nā vr

iplicatio ꝺdictiōis q̄ aliqd sit ꝓstitutū ex ptib⁹ foꝛmis: ꝛ tn̄ sit simplex. pz ista maioꝛ assūpta: sed due foꝛᶜ ꝺrie: ēt sub gradib⁹ remissis sūt eēntialr actᵃ. q̄ sunt foꝛᶜ: ꝛ foꝛᵃ ꝛ actᵃ formalr quertunt: sunt ēt actᵃ vltimi specifici: q̄rū nā determiat p vltimas dōrias specificas: ꝛ ois dōria vltrioꝛ ꝑter specificā spēi spālissime est mālis: ꝛ p accīs exio⁹ metaph. tex. ꝯmē. allega. igit tales foꝛᶜ ꝺrie nō pūt facere vnū p se: sic ē mediū iter ꝺria: tale ēt me⁰ ꝓstitutus est foꝛᵃ eq̄ simplex: sic extrema: q̄ ois foꝛᵃ accītalr ē simplici ꝛ inuariabili eēntia ꝓsistēs. Et ꝓbat ēt rōne: q̄ foꝛᵃ accītalr solū ꝓponit ex gñe ꝛ dōria: ꝛ nō ex diuersis reb⁹. Cōfirmat tota ista rō. nā si albedo ꝛ nigredo ꝓponūt rubeū: aut fuscū: segt q̄ totū ꝓpositū q̄ō ē vnū p se resultās ex istis eēt pfecti⁹ suis ptib⁹: ꝛ ita fuscū erit pfecti⁹ albedine. ꝓna ꝓbat: cū totū ꝓpositū vnū p se sit aliqd distinctū a suis ptib⁹ ēt sil sūpti. vt vult Cōmē. 7. metaph. tex. ꝯmē. vltimi: tale icludit oēz pfectiōez suaꝝ ptiū: ꝛ vltra B addit actualitatē ꝛ pfectōez toti⁹: quaz ipm totū superaddit ptib⁹. igit ꝛc. ¶ Rñr q̄ totuz p se vnū ē pfectius suis ptib⁹ fm entitatē ꝛ eēntiā: nō tn̄ fm vtutē ꝛ actualitatē. nā lz mixtū sit pfectius in entiᵗᵉ q̄ eltū ignis: ignis tn̄ est actualiᵗᵉ ꝛ actiui⁹. sic est ō me⁰ reᵘ extremoꝝ. est. n. pfectius in entitate: sz nō in actualiᵗᵉ ꝛ vtute. ¶ Sz ꝺ. q̄ vt⁹ ꝛ actualitas isegt entitatē rei ꝛ ꝑportionat ei: q̄ eēntia ꝛ q̄ditas vniuscuiusq; est act⁹ ei⁹. p Az. q q̄ō q̄d erat eē vbicq; appellat actū ꝛ formā. igit q̄ō est pfectius i eēntia ꝛ entitate: est ēt pfectiuꝫ in actualitate ꝛ vtute. Et ad īstātiā de igne dōm: q̄ lz ignis sit actiui⁹ mixto quātuz ad actōez coꝛruptiuā: tn̄ nihil ꝓhibet mixtū brē aliquā actionē pfectiuā q̄ est ei⁹ pfectio intrinseca nobiliozē q̄z sit actio ignis. ¶ 4⁰ ꝑncipalr argr. Si q̄liᵗᵉˢ ꝺrie non ꝓpatiunt in gradib⁹ itēsis: segt q̄ nec ēt i remissis. ꝓtia ꝓbat: q̄ repugnātia fm gredus intēsos i formis: aut est formalr: aut vtualis: formalis attēdit penes formā specificā vtualis penes vtutē ꝛ excessuz alic⁹ vni⁹ sup alterū: si formalis: cuz ista sit a foꝛᵃ speᶜᵃ: segt q̄ ista repugnātia erit fm totā spēm: ꝛ qōlibz idiuiduū ei⁹: vt de se pz. si vo sit vtualis: q̄ rōne gradus itēsus foꝛᶜ secū ꝓpatit graduz remissuz: vbi ē ꝓpoꝛ repugnātie ex pte itēsi supza remissuz maioris eq̄litatis: multo magis gradus itēsus secū ꝓpatiet aliū itēsuz ꝺriū: vbi gradus q̄ ē coꝛrūpēdus magis resistit q̄z vbi est remissus: ꝛ hoc maxie hz vitatez inesse pmāsiuo: q̄d sit in via ad coꝛruptōez.

Teneo igit ꝓnē ista rōnū. p q̄ ē nōn⁰ q̄ extrema in medio nō ꝯueniūt: nisi vtualiter: quēadmodū dr̄ ō eltis ꝯurrētib⁹ ad gnōnē mixti: ꝛ ad eē ipsi⁹: in q̄ nō ē ꝯueniētia formalis: lz solū vtual: tū q̄ foꝛᵃ eltī manet in mixto: sic ipfectū i pfecto: sic vegetatiuū ē in sensitiuo: ꝛ trigonū i tetragono: ex z⁰ ō aia. tex. ꝯmē. 31. Tū ēt q̄ lz in mixto nō sint q̄liᵗᵉˢ eltoꝝ: sunt tn̄ q̄liᵗᵉˢ silēs q̄litatib⁹ ipsoꝝ: q⁹ mixtū cāt silēs effect⁹: sic eltа. vz. mixtuz būectat desiccat ifridat ꝛ calefacit: ꝛ alis opōnes ꝓsiles opōnib⁹ eltarib⁹. Tū q̄ in mixto est vna foꝛᵃ subalis cōtinēs in vtute sua actiua formas eltoꝝ nō fm subam vt ptes suas: sz fm vtutē. Tum postremo: q̄ mixtū hz poᵐ q̄z dā nō solū subtiuā: sz ēt formalē seu pfectā: p quā ē ꝓxime resolubⁱᶜ in eltа. Et B vr̄ eē ītētio phi. pō de gnōne. tex. ꝯmē. 84. cū dicit: q̄ eltа manēt i mixto in poᵗ ꝛ vtute ex his ad ꝑpoᵐ: dico q̄ colores medy non sūt ꝓpositi ex extremis q̄cūq; ꝓpone actuali: sz solū virtuali q̄ ꝓpō nihil aliud est nisi nālis ꝯuiētia medy cū extremis magis q̄z sit vni⁹ extremi cū reliq̄. Ex gb⁹ segtur q̄ media iter ꝺria. vt exēpli gra. colores medy nō dicunt medy per ptícipatōez extremoꝝ: nec ēt q̄ sint medy dia p abnegationē extremoꝝ: sic vt⁹ mozalis ē me⁰ iter

UVA. BHSC. IyR_086_2

oto vitia: ꝫ dñr medy 4r. p.pp nãlẽ ꝓuenientiã medy ad extremũ: ac ẽt p approximationẽ quã nõ bz vnuz extremũ cuz reliquo. 2.o qz alterans remouẽdo extremũ nõ inducit statiz aliud: sed trãsmutat alterabile per formas medias ꝓius q̃ perueniat ad extrema. 3.o ꝓpter respectum ad sensum quẽ imutat. nã colores medy nec pfecte ꝓgregãt visum: nec pfecte disgregãt. 4.o qz teste Ar. in de sensu ⁊ sensa. ab eisdẽ cãis gnãr̃ q̃uis diuersi mode se hãtib⁹: a gb⁹ gnãr̃ extrema. ¶ Aduertẽdũ vltimo q̃ sicut est ꝓpõ essentialis ex mã ⁊ for⁹: ⁊ ꝓpõ q̃ti⁹ q̃ ex ptib⁹ integralib⁹: ac postremo ꝓpõ fm gradus pfectiõales: ita p oppom est simplicitas: ⁊ simplicitate opposita ꝑmis duob⁹ modis forma intẽsibilis est simplex: ꝫ nõ simplicitate 3.o: qz ĩ tali for⁹ sũt diuersi gradus pfectiõis: ⁊ vtutis q̃ ꝓpõ nõ repugnat simplicitẽntie for⁹.

Quibus ꝑmissis rñdẽduz est ad rõnes oppositẽ opiõnis q̃ ꝫ dicta nullo mõ ꝛcludunt. ¶ Ad ꝑmã cũ dr. agẽs nãle qõ agit p mã argu⁹ ⁊ alioz sequẽtiuz ꝑmittr̃ q̃ successio in acgsitiõe for⁹ p motũ nõ ẽ ex icompolitate ptiũ for⁹: neq; ex iſufficiẽtia agẽtis: ꝫ posset dici q̃ ex limitatõe sua hoc pueĩt: qz est agẽs finitũ ⁊ limitatũ: ⁊ oẽ tale agit cũ resistẽtia: ⁊ ꝓ ñs successiue: ꝫ ℔ dimittat̃: dico aũt q̃ successio ẽ ex diuisibilitate for⁹ in ptes graduales: q̃ sũt portiões ipsi⁹ eiusdẽ rõnis. naz albedo. expli gra. est for⁹ homogenea eiusdẽ rõnis in toto ⁊ in ptib⁹: ⁊ ex q̃ est homogenea est diuisibilis in ifinitũ: ex q̃ est diuisibilis in ifinitũ ẽ acgsibilis p motũ ⁊ successiue: ⁊ ex q̃ est acgsibilis p motũ ẽ for⁹ bñs q̃dã cõtinuitatẽ. ꝑmũ ꝓbat̃: gcqd ẽ demr̃abile de toto in homogeneis ẽ demr̃abile de ptib⁹ ei⁹: cũ totũ ⁊ ptes in istis sint eiusdẽ rõnis: ꝫ diuisibilitas in partes eiusdẽ rõnis est demr̃abile de toto homogeneo. g ℔ demõstrabit̃ de ptib⁹. 2.m ꝓz: qz qõ est diuis⁹ in partes põt ptibil⁹ ⁊ successiue acgri. Vltimũ ꝓbat̃: qz nisi for⁹ haberet cõtinuitatẽ in ptib⁹ nõ acgret̃: nisi p mutatiões instãtaneas: ⁊ ista ꝛtinuitas ẽ vtualis ⁊ itẽsiua. Successio ẽt in motu põt eẽ ex pte mobilis. Ex eo q̃ vna ps ei⁹ est ꝓpingoz mouẽti: ⁊ ex ñti nata ꝑus pfici ab ipo q̃ alia: ⁊ ℔ accipiẽdo ptẽ añ ptẽ ĩ ifinitũ: ꝫ ẽt possit dari ps q̃ tota sil possit pfici ab agẽte ꝓpter pfectõez ei⁹. vt vr̃ velle Ar. 8. phyco. tex. ꝛmẽt. 23. vt ẽt exponit Lõmẽ. Successio põt ẽt eẽ ex pte dispõnũ repugnãtiũ for⁹ ĩtroducẽde: iste tñ dispões sunt for⁹ ꝛria abyciẽda: p cui⁹ abiectõe iducit̃ ab agẽte for⁹ media: ad cui⁹ inductõez abicit̃ alia: gs gradus extremi ꝛry. expẽpli gra. Lũ calidũ icipit alterare fridũ nõ ẽ itelligẽdũ q̃ ĩtroducat̃ gradus calitatis p se distinct⁹ a gradu friditatis: ꝫ ĩtroducit̃ for⁹ media q̃ q̃uis sit eq̃ simplex sicut extreme: tñ bz aliqd de vtroq; extremo: qz pticipat rõnez vtriusq; vtualr eo mõ q̃ dcm̃ est. Et ex ℔ appz quõ mobile dũ mouet̃ pticipat ò vtro extremo in for⁹ media. Et quõ friditas expellit̃: qz introducit̃ aliqd sibi incõpole. s. for⁹ media q̃ ꝓpata ad extremũ ꝫ locũ alteri⁹: nec ẽt ex ℔ segt̃ vltimũ eẽ ĩ fridita te si fiat cõtinua depditio p formas medias appropinquãdo ad extremũ ĩtroducẽdũ. s. de tepido ad intẽsi⁹ tepidũ: q̃ tepiditas ĩ eẽ ĩtẽso totalr excludit friditatẽ: ⁊ in eo istãti q̃ bz eã in aliq̃ certo gradu in illo istãti friditas bz p⁹ nõ eẽ: in q̃ istãti calita⁊ bz vltimũ nõ eẽ pcedẽs eẽ: ⁊ sic nõ dar̃ p⁹ in calefactõe friditat. ¶ Sz ꝫ ℔ istar̃: qz in ꝛrys imediatis: si ꝛriũ corrumpẽdũ remittit̃ vsq; ad aliqd istãs: ⁊ nihil alteri⁹ ꝛry ĩtroducit̃ vsq; ad illud instãs: ꝛriũ corrũpẽdũ bẽret vltimũ sui eẽ: vt dareť p⁹ mutatio ꝛry inducẽdi. vtrũq; ꝛñs est ꝫ Ar. 8. phyc. vt alleg̃atũ ẽ. s. Et ñam ꝓbat Scot⁹. 2.o: sñar. vi. 2. q. 9. si. n. sit solus mot⁹ remissiõis egritudis vsq; ad aliqd instans: ⁊ tũc p.ĩducat̃ aliqd sanitatis: vel egritudo remouẽda haberet vltimũ sui in eẽ: qõ negat phs vel si nõ: sanitas saltem imediate seq̃ns egritudinẽ bẽret p̃mũ sui esse: ⁊ tũc esset p̃ma mutatio motus sanationis. qõ est ita inconueniẽs: sicut de p̃ma remissiõe motus egritudis. Inconueniẽs ẽt vr̃ q̃ agẽs remittat egritudinẽ: nisi cãndo aliqd incõpossibile sibi ingt ipse. ¶ Ad hoc rñdet Scotus in postꝑdicamẽtis. q. 39. q̃ ipole est accipe vltimũ instans forme pcedẽtis q̃ bz eẽ pmanẽs in subto qõ transmutat̃ in quo termio illa forma pcedẽs corrũpẽda bẽbat eẽ: ꝫ vltimus termin⁹ forme pcedentis est p̃mus termin⁹ forme subsequẽtis: in quo termio est forma subsequẽs ⁊ nõ pcedẽs. Et ad illud qõ infer̃ q̃ dareť p̃ma mutatio forme subsequntis: negat̃ q̃ deť p̃ma mutatio initiãs motũ ad formã subsequẽtẽ: q motus integrat̃ ex motu depditiuo forme pcedẽtis ⁊ acgsitiuo forme sequẽtis. motus iste est vn⁹ ex vnitate termini ad quẽ ꝓncipalis ex vnitate mobilis ⁊ tpis: neq; est verꝫ q̃ deť p̃ma sanatio: qz nõ tñ motus ad sanitatẽ est ex introductõe sanitatis: ꝫ etiã ex depditiõe egritudis. ¶ Ad intentionẽ doctoris vbi allegat̃ exponẽdus est. alr sibi ꝛdiceret. ¶ Ad illud q̃ ꝛriũ expellit̃ p incõpossibile dicẽt inferi⁹. Nec dicta sint p solutiõe p̃mi argumenti ⁊ mã alioz que sequunt̃. ¶ Ad 2.m ꝛcedit̃ maioz. ⁊ ad minorem dicit̃: q̃ ꝫ forma ꝛria stet cũ motu: ĩmo ipa sit motus mãliter sumptus loquẽdo de forma ꝛria que acgrit̃ in fine motus: ⁊ vlteri⁹ stet cũ ꝛtrario fm qd qõ est mediũ inter ꝛria simplr. vt Lõmen. vult. 5. phyco ꝛ. cõmen. 19. ⁊ 12. metaph. ꝛmẽ. 6. non tñ stat cũ forma ꝛria simplr. Et cũ dr̃ q̃ forma q̃ est alterꝫ extremũ ꝛrioꝫ est cã succes siõis in motu ꝛcedit̃: sed nõ est p̃cisa causa ⁊ totalis hꝫ successiõis: sed etiã diuisibilitas forme q̃ acgrit̃: ⁊ alia vt p̃missum est. ¶ Ad 3.m negat̃: q̃ q̃litates elemẽtoꝫ maneant in mixto. vt dictũ est: ꝫ ꝛsimiles gnãr̃. Et ad ꝓbationẽ q̃ mã nõ magis disponeret̃ ad vnã formã mixti q̃ ad formã elementi: negat̃ ñtia. nã ad formã mixti disponit̃ mã per alterationẽ elemẽtoꝫ nõ tñ alteratoꝫ: sed etiaz corruptoꝫ in instãti quo gnãtur mixtũ. Uñ fm diuersaz mixtionẽ elemẽtoꝫ ꝛcurrẽtiũ in gnãtiõe mixti mã magis disponit̃ ad gnãtionẽ vnius fm spẽm q̃ alteri⁹: vt. vz. ex ipsis corruptis fm subas ⁊ q̃litates suas agens nãle de materia educat formã ꝓuenientẽ mixtiõi elemẽtoꝫ ꝑus alteratoꝫ: el'ta aũt nõ simul ꝛcurrũt ad gnãtionẽ elemẽti: ꝫ vnũ põt cõuertere aliud in sui nãm. ¶ Ad 4.m admisso casu: dico q̃ agẽtia ꝛria agũt in mediũ fm diuersas partes medy ꝓpter diuersaz approximatõez agẽtiũ ad partes medy: q̃ nõ ꝑñt esse eq̃ approximata cuilz pti medy: illa ꝑus pfici̊t̃ ab agẽte q̃ est ei ppingoz: ⁊ tũc ptes alterate ad ꝛria: aut sunt eq̃ in actu p formas ꝛrias: aut non: si sic: cũ vnũ ꝛriũ sit actiui⁹ reliquo: illa ps q̃ erit in actu fm illud ꝛriũ actiui⁹: ceteris paribꝰ alterabit aliã ptem ad q̃litatẽ ꝛsimilẽ sibi: ⁊ aget in ipaz corrũpẽdo formaz ꝛriã p formas medias. vt dcm̃ ẽ. s. vbi ỳo ꝛria eẽnt eq̃lis vtutis in agẽdo ⁊ resistẽdo: qõ nõ dar̃: si cetera essent paria: puta agẽtia extrinseca: eẽnt eq̃ efficaciter agẽtia: neutra ps alteraret aliã: aut agẽs extrinsecũ nõ trãsmutaret illã corrumpẽdo oppositã q̃litatẽ in ipa. ¶ Ad 5.m ꝓz rñsio ex dictis: q̃ in actõib⁹ ꝛry in alterꝫ ꝛriũ nõ dar̃ vltimũ corrũpẽdi: qz agens ꝛriũ agit p formas medias. vt dcm̃ est. Et cũ dr̃ q̃ tps mensurãs eẽ corrũpẽdi excludit totũ tps forme ꝛrie inducẽde: trãseat. Et cũ tu dicis q̃ in illo instãti medio qõ ꝛtinuat vnũ tps cuz alio erit vltimũ esse ꝛry corrũpẽdi. negat̃ hoc: ĩmo añq̃ sit introductus aliqs gradu⁊ caliditatis p introductionẽ forme medie in eẽ intẽso: puta tepidi: erit depdita tota latitu-

UVA. BHSC. IyR_086_2

do frigiditatis. Exẽpli gra. Cum introduceꝫ tepiditas vt octo friditas hẽbit ꝑmũ nõ esse eiꝰ: ꝛ in illo instanti erit vltimũ nõ eẽ caliditatis ꝓcedẽs eẽ ipsiꝰ: ꝛ imediate post hoc introduceꝫ aliqs gradus caloris ꝛ remittꝫ tepiditas: in istãti g̃ medio vtriusqꝫ tpis illud qõ alterat ẽ sub neutro ꝺriorꝫ: ſz est sub forª media in eẽ itẽſo in q̃ forma corrũpẽda hꝫ ꝑmũ nõ eẽ: ꝛ ſi arguaꝫ de ꝺrys imediatis. dciñ est supra. ¶ Ad 6m etiã rñsuꝫ est: qꝺ agens nãle corrũpit formã extremã ꝺriã ꝑ aliquid incõpoſe ei: qz teste Cõmẽta. vt allegatũ est. ſ. mediũ ꝺriaꝫ aliquo mõ extremo nõ repugnãtia incõpossibilitatis: ſz solũ q̃. ad eẽ pfectũ ipsiꝰ acgrẽdũ. ¶ Ad vltimꝰ ꝓcediꝫ maiorꝫ ad minorẽz ꝺr qꝺ subm alterabile qñ est sub forª media hꝫ aligd vtriusqꝫ extremi ꝑ qꝫto mediũ hꝫ ꝓueniẽtiaz nãle cum ipis magis qꝫ vnũ extremũ cũ altero. Et ſi istꝫ de ꝺrys imediatis qꝺ ꝑpõ Ax. nõ põt ỽificari. Rñdeꝫ qꝺ altera bile dũ est sub ꝺrio qõ corrũpit in eẽ remisso dispõiꝫ ad alterꝫ ꝺriũ. Et ex eo qꝺ sic disponiꝫ ꝺr hꝫ aligd ꝺ termino ad quẽ: ꝛ ſil'r ois dispõ iducta q̃ sit via ad corruptõez forꝫ abiciẽde: sicut ẽ gradus forꝫ q remittiꝫ est icõpoſe ꝛ repugnãs forme ꝛ eẽntie eiꝰ q̃ ad eẽ pfectuz ipsiꝰ. eẽntia ꝑm eẽ pfectũ depdiꝫ ꝑ gradũ remissiuz ab alterãte cãtũ. Uel meliꝰ ꝺꝫ est qꝺ corruptio forme fit ꝑ icõpoſe: ſz nõ remissio: ꝛ hꝫ ẽ vexꝫ. vt ꝑz. Uel ꝛᵒ põt ꝺici qꝺ icõpoſe vel est itrinsecũ vel extrisecũ. ad corruptionẽ forꝫ nõ regriꝫ incõpossibile intrisecũ: ſz extrinsecũ: qꝺ est ꝺriũ agẽs ad expulsionẽ forme: q̃re argum nihil ꝛcludit.

Ad argumẽta in ꝑnº. ad Axꝫ. ꝑz qꝺ ꝺõm sit ex dictis in corꝫ. q. ¶ Ad Cõmen. ꝺr qꝺ est opiniꝫ oppoſite. ꝛ iõ auẽctates sue nõ cõuincũt. ¶ Ad rõnẽ rñdeꝫ qꝺ participatio illa nõ est ꝑm eẽ: ſz solũ ꝑm ꝓueniẽtiã nãlẽ ꝛ ꝛtinentiã ỽtualẽ ꝑm quã mediũ magis ꝓuenit cũ extremis q̃ extrema iter se.

¶ Est igitur aliquid tertiũ ꝓter contraria materia ꝛc̃. Tex. cõmẽ. VI. Qõ. IIII.

Truz metaphicꝰ ꝛsideret de duabꝰ cãis q̃ sũt mã ꝛ efficiẽs. vꝫ qꝺ nõ ꝑ Cõmẽ. in. iz. meᶜᶜ. cõmẽ. 6. vbi hꝫ qꝺ nãlis ꝛsiderat duo gnã cãruz. vz. mãm ꝛ efficiens: ꝑmus phs alia duo. ſ. formã ꝛ finẽ tm̃. ¶ Itẽ qꝺ metaphicus nõ ꝛsideret mãm appz ꝑ eũdẽ Cõmen. ꝺmẽ. ꝑ. phyco. ꝑº. vbi vult qꝺ phicꝰ ꝛsiderat de q̃tuor cãis: metaphicus tm̃ de tribꝰ. ſ. motore forª ꝛ fine. ¶ Itẽ qꝺ mã nõ sit de ꝛsideratõe metaphici argr̃. nã mã nõ est scibilis: nisi ꝑ analogiã ad forã. forª est ꝑnᵐ opõnis ꝛ motꝰ, talis ꝛsideratio ĩ ordine ad formã est tm̃ nãlis. g̃ ꝛc̃. Confirmaꝫ ꝑ illud qõ ponit Cõmẽ. zº phyc. ꝺmẽ. zi. vbi hꝫ hꝫ qõ ꝑmissuz ẽ. vz. qꝺ ꝛsideratio de mã. vt ẽ subm forꝫ ẽ nãlis: ꝛ lz ꝺicat ibidez qꝺ si ꝛsidereꝫ vt vnũ entiũ: ista ꝛsideratio ẽ ꝑmi phi. hꝫ nõ ꝛcludit nisi qꝺ mã ꝛsideraꝫ a metaphico iqᵐ ẽ ens: ꝛ est vna ps subtiua entis: ſz sic ꝛsiderare mãm nõ ẽ ꝛsiderare ipaz. vt est ꝑnᵐ ꝛ cã: de q̃ qriꝫ in pñti. igiꝫ ꝛc̃. ¶ Itẽ si mã ꝛ efficiens ꝛsiderantꝫ a metaᶜᵒ: aut ꝛsiderantꝫ a ꝓzi: aut a posteriozi. nõ ꝑᶜᵒ. vt testaꝫ Cõmẽ. ꝑº phyc. ꝺmñ. vltiº q̃tũ ad mãz: ſz q̃tũ ad efficiẽs oñdit ipse. ꝺmẽ. ſ. ꝛ. 6. iz. metaph. qꝺ nulla alia via põt demſare mãz ꝛ efficiẽs eẽ nisi via motꝰ: ois alia iutilis est ꝛ vana. ſz via motus est tm̃ nãlis. igiꝫ.

Ad oppositũ est ipemet Cõmẽ. ꝺmẽ. ſ. ꝑalegº. iz. metaph. vbi ꝺicit: qꝺ cõicãt iste due sciẽtie. vz. nãlis ꝛ metaᶜᵃ ĩ ꝛsideratõe de ꝓncipijs sube sensibilis: q̃uis alr ꝛ alr ꝛsideret hꝫ ꝓnciª: qz nãlis ꝛsiderat ea vt sunt ꝓncipia subę sensibilis in eo qꝺ sensibilis: ſz metaphicꝰ i eo qꝺ suba: hꝫ opiõnis est Auicẽ. ꝑº metaph. ẽ. z. Alexãder afrodiseꝰ. vt recitat Cõmẽ. iz. metaph. ꝺmẽ. ſ. Albertꝰ mag. in ꝑnº sue metaph. ẽ. 3. Scotꝰ. ſ. Thomas ꝛ alij.

Pro determiatiõe istiꝰ. q. Primo ponunt q̃dã notãda. Scõo ponent ꝛcłᵒ determiatiua. q. 3º rñdebiꝫ ad argutª.

Circa primũ est ꝑmuz nõndũ qꝺ q̃uis q̃ꝫ ad trãsmutatiõez nãlẽ 4ᵒʳ cãe ꝛcurrãt: due tm̃ ꝓncipaliꝰ cõcernũt motũ ꝛ ꝑnª motꝰ. vz. mã ꝛ efficiẽs q̃ forma ꝛ finis. ꝑma ꝑs declaratª: ꝛ ꝑmo quo ad mãm: qz illud maxie ꝛcernit motuz qõ ponit in diffõne motus: mã est hꝫ. g̃ ꝛc̃. Maiorꝫ est mãifesta: ꝛ minorẽ declaratª. nã diffiniatª motꝰ, ꝺr qꝺ est actꝰ entis in poᵗᵉ ꝑm qꝺ in poª. mã aũt est ens in pura poª subtiua ꝛ passiua. igiꝫ mã icludiꝫ in diffõne motus. Et ꝓterea nõ declaratª nã trãsmutatõis ꝛ motꝰ: nisi ꝑ mãz. vt ꝑz ꝑmo phyco. ꝑmo de gnõne. ꝛ. iz. metaph. nã ꝺr ibi qꝺ nõ est trãsmutatio ꝛ motꝰ: nisi sit subz deferẽs trãsmutationẽ. ingr. n. Cõmẽ. ꝑº phyc. ꝺmẽ. 71. qꝺ si trãsmutatio eẽt sine mã alterꝫ isto rũ accideret: aut qꝺ trãsmutatũ eẽt siñ trãsmutatiõe: aut qꝺ trãsmutatio eẽt i nihilo tãq̃ i subto. Quo ad efficiẽs. ꝑbaꝫ ipm ꝛcernere motũ: qz vbicũqꝫ logꝫ Ax. ẽ efficiẽte semꝑ appellat ipm ꝑnᵐ vñ motus: ex eo qꝺ efficientia actio passio: vt ꝛsideratª a nãli nõ sꝫ sine motu: a qbꝰ pñt abstrahi alie rõneꝫ nõ ꝛcernẽtes motũ: sic sũt ꝓductiuũ ꝛ opatiuũ: de qbꝰ ꝛsiderat metaᶜᵘˢ. ¶ Ex hꝫ nõndo segꝫ hꝫ corᵐ: qꝺ q̃uis be due cãe ptineãt ad nãlẽ ꝛ approꝑentꝫ ei: magis tñ ei approꝑaꝫ mã q̃ efficiẽs. ꝑbaꝫ: qz illa cã q̃ tm̃ iueꝫ i nãlibꝰ trãsmutabilibꝰ ẽ magꝭ phyᶜᵃ ꝛ nãlis q̃ illa q̃ aliq̃n iueꝫ exꝫ illa: mã ẽ hꝫ ꝛ nõ efficiẽs: qz nusq̃ ẽ mã sine trãsmutatõe: efficiẽs aũt iueꝫ vbi nlla ẽ trãsmutatio: qz i itelligẽtys iueꝫ efficiẽs sine motu. pficiũt. n. seiuicẽ ꝑ modũ itelligẽt| ꝛ intellecti: ex ꝛᵒ de aia. ꝺmẽ. 14. ꝛ. iz. metaᶜᶜ. ꝺmñ. 36. ꝛ. 44. itellcũs aũt ẽ cã itell'nt| i ist| effectiua sine motu. Due aũt cãe q̃ sꝫ forª ꝛ finis approꝑant metaᶜᵒ. Tuz qz i istis ꝓz ẽ rõ dãt| eẽ q̃ sit rõ monẽt|. vt dciñ ẽ alꝭ. Tũ qz be due cãe repiũt i imobilibꝰ ꝛ abstractis. ¶ zº nõndũ ꝓncipalr: qꝺ 4ᵒʳ cãe ꝛsideᶜᵉ a metaᶜᵒ abstrabũt a seipis vt ꝛsiderãt a nãli. nã vt ꝛsiderãt a meᶜᵒ abstrabũt a motu: ꝛ ab hiꝰ q̃ ꝛcernũt motũ: ꝛ pcise ꝛsiderantꝫ iq̃ᵐ dãt eẽ vl' extriᶜᵉ vt efficiẽs ꝛ finis: vl' itrinᶜᵉ vt mã ꝛ forª. sũt. n. ista vt ꝛsiderãt a metaᶜᵒ ꝑnª eẽntie ꝓpᵗⁱ ptinẽtia ad eẽ ꝛ ad gditatẽ rei. Et hãc ꝓnẽ teneo ñ tm̃ ꝺ mẽte Albti Sco. ꝛ alioꝝ: ſz ẽt de mẽte Auer. q. n. fz ipz efficiẽs forª ꝛ finis ꝛsiderentª a metaᶜᵒ: ꝑz ꝑ ipz. vt allegᵐ est ꝑ phyco. ꝺmẽ. ꝑ. q. mã ꝛsideraꝫ a metaᶜᵒ. ꝑz ꝑ ipm. zº phyc. ꝺmẽ. zi. Sz forte tu ꝺices: metaᶜᵒ nõ ꝛsiderat mãz ꝛ efficiẽs: nisi a posteᵖ ꝛ ꝛsideratõe q: ſz a ꝓzi ꝛsiderãt a nãli. Cõtra. qz i. iz. ꝺmẽ. ſ. ꝛ. 6. ꝛ ꝑ phyco. ꝺmẽ. vltiº ꝛ zº phyco. ꝺmẽ. zz. ista ꝑnª nõ demſrantꝫ eẽ: nisi demſratõe signi. igiꝫ a nãli nõ magis ꝛsiderantꝫ seu pfectiozi mõ q̃ a metaᶜᵒ. ¶ zº nõnᵐ: qꝺ ꝛsideratio ꝺ cãis sube sensibil' siue gnãbil' ꝛ corruptibilis siue eterne põt eẽ duobꝰ modis. vnoº q̃ᵐ ad eẽ: alioº q̃tũ ad rõnẽ ꝓncipiãdi: ꝛ q̃tũ ad gd est. Silr ꝑnª sube sẽsibil' pñt ꝛsiderari. vnoº iq̃ᵐ ꝑnª sube sẽsibil'. alioº ĩ eo qꝺ suba simplr. Et hꝫ colligũt ex cõmẽ. ſ. iz. metaᶜᶜ. vbi Cõmẽ. hꝫ hꝫ ẏba. qꝰ hꝫ incepit Ax. declare ꝑnª eterne sube: ꝛ posuit ẽt hꝫ qꝺ declatiue ĩ nãlibꝰ ꝛ ꝛsiderauit ꝺ eis ꝛsideratiõe. ꝓpa huic scie. vbi gra. qꝺ ẽ suba ꝛ ꝑª ꝛ forª: ꝛ qꝺ ẽ ꝑnᵐ ꝛ finis. Et postmoᵐ iferiꝰ subdit: nãt declat ea eẽ ꝑz qꝺ sũt ꝑnª sube mobil'. phs aũt ꝛsiderat ꝺ eis ꝑz qꝺ sũt ꝑnª sube ĩ eo qꝺ suba est: nõ sube mobil'. Ex q ꝓᵒ eliciũt duo: q̃rũ ꝑmũ ẽ qꝺ ad phycũ spectat ꝓbare eẽ ꝑnª ꝛtriusqꝫ sube: ꝛ qꝺ metaᶜᵒ accipit ea ꝛ ꝓsupꝓit tãq̃ ꝓbata in scia nãli: qꝺ. n. mã ꝛ forª sint: ꝛ qꝺ sint sube copis

UVA. BHSC. IyR_086_2

mobilis: ꝛ vlteri⁹ ꝙ ſube abſtracte ſint ꝑbat pb̄ycus ꝛ me⁹. q̄tum ad hoc accipit a nāli. z⁹ qō ponit ⁹ꝝ eſt ꝙ cū oꝛ ꝙ ad meta⁹ ſpectat igrere ꝛ ꝟſiderare ꝑn⁹ ſube ſēſibil' ſiue cozruptibil' ſiue eterne: vez ē i rōne ꝓncipiā di ꝛ q̄tū ad qd ē: nō āt i rōne eēndi ꝛ q̄⁹ ad qꝛ ē. nō. n. ꝙ bat meta⁹ mām ꝛ fozmā eē: neq; ſubas ſepatas a mā eē: ſz ꝝ accipit a phi⁹. ꝑbat āt ꝝ oīa eē ꝑn⁹: lz nō eodē mō q̄ phicus. nā phi⁹ ꝝo ꝑbat ea eē ꝑn⁹ ſube ſenſibilis inq̄⁹ mo bilis: metaphi⁹ ꝝo ꝑbat ea eē ꝑn⁹ ſube ſenſibilis i eo ꝙ ſuba: ꝛ ꝝ reꝑhēdit Cōmē. Alexā⁹ g dixit: ꝙ phi⁹ igrit ꝑn⁹ ſube ſēſibil: cozrup⁹ ēt vtroq; mō tā i rōne eēndi q̄⁹ in rōne ꝓncipiādi. ꝛ ꝑñr ꝙ meta⁹ ingrit ꝑn⁹ ſube ſēſibil'. eterne ēt vtroq; mō. ꝑ⁹ approbat ⁹ꝝ. z⁹ negat. ¶ Sed ꝛ Cōmē. 6. meta. ꝓmē. p⁹ bz ꝙ eiuſdē ſcie ē cōſiderare de aliq̄ ſi ē ꝛ gd eſt. igit ſi meta⁹ ꝟſiderat de ꝓncipys ſube icozrupti⁹ gd ſūt: ēt ꝟſiderat ſi ſūt: vl' ꝙ oppo⁹ ſi phs nā lis ꝟſiderat de iſtis ſi ſūt: bz ēt ꝟſiderare gd ſūt. ℞ñr ꝙ eiuſdē ſcie ē ꝟſiderare de aliq̄ ſi ē a ꝓzi: ꝛ p cāz: ꝛ gd ē. ſi n. aliq̄ ſcia ꝟſiderat de aliq̄ ſi eſt pp gd ſiue p cāz: eadē ꝟſiderat ō illo gd ē: aliq̄ tñ ꝟſiderat de aliq̄ ſi ē p effect⁹ q̄ nō ꝟſiderat gd eſt: ſic̄ phia nālis re⁹ ſubaz ſepataz. vt dcm̄ eſt. ¶ Sz q̄uis z⁹ dcm̄ ſupza poſitū ipzobet Cōmē. Auicē. tñ Sco. ꝛ aly ſentiūt cū Alex⁹ quā diſputa tionē determiauim⁹ i q̄dā. q. ordiaria. de hac mā ſufficit tetigiſſe itētiōez ꝓmēti quā ꝝ āno nō ꝙ vitate: ſz ꝙ reue

Quantuz rētia ſcolariū ſegmur.

ad z⁹ arti. ⁹ ōtermiatiua. q. ē ꝙ meta⁹ ꝟſiderat de mā ꝛ efficiēte ꝟſideratōe ꝑpa: ꝛ nō tm̄ ꝟſide ratiōe ptinēte ad nāle. Iſta ꝟcl'o pz ex dict': ꝛ ex illa pte ⁹. 6. pallega. vbi dic̄ Cōmē. Az. incepit bas duas cās. ꝛ p⁹mālē ꝛ declauit eā ꝙ illas ꝓpones eaſdē qb⁹ fuit vſus in ſcia nāli. ꝛ iō vr ꝙ ꝝ ꝟſidera? nō ē ꝑpa huic ſcie: ſz ē ps ſcie nālis: ſz qꝛ vicie ſūt bꝫ ꝟſideratōes: ꝛ neče ē vti vna ea⁹ i altera q̄ſi ꝑn⁹ fecit rememoratiōez ō ꝝ qō declatū eſt i ſcia nāli: ſz tñ ꝝ magis gnāl' ꝑſcrutat q̄⁹ i nālib⁹. Ex q̄ ⁹ ego elicio ꝙ: qꝛ mā ꝛ efficiēs ſūt de ꝟſideratiōe ꝑn⁹ ꝑbi nāl: fo⁹ āt ꝛ finis de ꝑn⁹ ꝟſideratōe metaꝑbici: Az. p⁹ determiauit i ꝝ lib⁹ ō ꝟſide⁹ mām ꝛ efficiēt]. vt ex bis facil⁹ determiaret ō fo⁹ ꝛ fine: ꝛ determinādo de mā ꝛ efficiēte ꝑus declauit mām eē ꝑ illas eaſdē ꝓpones qb⁹ vſus ē i nālib⁹ demſando ipaz eē: nō ꝙ ꝟſideratio ō mā bi. iz. meta. ſit oīo nāl: cū i rei vitate vterq; artifex. ſ. nā lis ꝛ meta⁹ bēat ꝓpziā ꝟſideratōez ō mā ꝛ fo⁹: ſz qꝛ iſte ꝟſideratōes ſūt m̄ktū ꝓpiq; neciū ē vt ꝟſideratio ꝑhica introducaꝛ i meta⁹ ꝑ modū ꝓncipy: ſic̄ ſigs i geome⁹ ꝑba ſup datā rectā lineā ꝟtingit triāgulū eqlatez collocare. p⁹ ꝑbatio ñ eēt, ꝑꝑa geome⁹: ſz ꝑhie nāliꝫ: introducereť tñ taꝛ demſratio vt eēt ꝑn⁹ demſrandi ꝟnē dictā: ita feť Az. mā vt faciliꝰ ꝑbaret ꝙ mā ꝛ foz⁹ ſūt ꝑn⁹ ſube: iq̄⁹ ſuba ē: mo⁹ ꝓncipy: ꝛ nō ꝑ modū ꝑpe ꝟſideratōis. Ex q̄ ꝛcludit q̄ tā nāl' q̄ meta⁹ ꝟſiderat ō mā ꝛ foz⁹: ſz ñ eodē mō: qꝛ meta⁹ gnāli⁹ ꝟſiderat q̄ nāl' ꝛ vl'⁹. Cōſiderat. n. ꝑhic⁹ ō mā ꝛ foz⁹. inq̄⁹ ſť ꝑn⁹ ſube: ī eo ꝙ ſēſibil' vl' mobil': meta⁹ ꝝ ſť ꝑn⁹ ſube ī eo ꝙ ſuba. vt. ſ. dcm̄ ē. Cōſtat āt ꝙ cōce ꝑt⁹ ſube ī eo ꝙ ſuba: ē ꝛcept⁹ cōioz q̄ ꝛcept⁹ ſube mobil'. Cōſiderat ꝙ meta⁹ vt ꝛ mā ꝛ foz⁹ ſint ꝑn⁹ ſube vt ſuba ē. Et ſi ſic vt ꝛ ſint ꝑn⁹ alio ꝛ pñtoꝛ: aut nō: ꝛ ſi ſic: vt ꝛ ſint ꝑn⁹ vlia: aut ꝓticlaria: ſz certū ē ꝙ iſte ꝟſide⁹ ſť meta⁹ nō nāles ꝛ vlioꝛes q̄ ꝑhice. ¶ Sz ō. qꝛ Cōmē. ꝑfato ⁹ꝝ circa finē dic̄: ꝙ ꝑmo Alexā. vificabiť cū dic̄: ꝙ ꝟſidera? ſubys: q̄ ſūt i motu ꝟz ꝙ accipit ꝑn⁹ iſtoꝛ a ꝑ ꝑho: ſitelligať ꝙ iſta ꝑn⁹ ſint cā foꝛal' ꝛ final' ac mālis ꝛ mo

uēs. Et iferi⁹ addit: iſta āt ꝑn⁹ ſūt nālis tm̄: cū fuerit itellecta ex iſtl ꝝ duo tm̄ ꝑn⁹: cā. ſ. mal' ꝑ⁹ ꝛ ꝑ⁹ mouēs. ¶ Itē iſtaꝛ ꝙ arg⁹ qō adduc Cōm̄. ⁹ ꝝ ꝙ aſſerit ꝙ ꝑn⁹ vtriuſq; ſcie. ſ. nālis ꝛ meta⁹. ſť alia ꝛ diſticta. arguit ſic. ſi ꝑn⁹ ſcie nāl' ſūt alia a ꝓncipys meta. vt tu dicis. g̃ iſte ſcie ſť diſti cte ꝛ ñ ſť vicie: neq; cōicāt i ꝟſideratōe de mā ꝛ foꝛa q̄ ſť ꝑn⁹ ſube ſenſibil'. ꝛ iō mā ꝛ foꝛa nō ꝟſiderať ꝝ ꝑpa ꝟſide ratiōe ptinēte ad metaphicā: cui⁹ oppo⁹ dcm̄ ē. ¶ Ad ꝝ rm̄r ꝛ ad ꝑ⁹ ꝙ Cōm̄. ñ plus vult: niſi ꝙ cā mālis ꝛ mouēs ſť de ꝑn⁹ cōſideratōe phici: nō āt foꝛa ꝛ finis: ſz iſta duo ſcdario ꝛ ex ꝓnti ptinēt ad ipm: ad metaphicū vo foꝛa ꝛ finis ꝓncipal' ſpectāt: ſcdario mā ꝛ efficiēs: ꝟſiderat nā lis māz ꝛ efficiēs abſo⁹ demſando ꝑmā māz eē ꝛ ꝑ⁹ mo toꝛē eē: fozmā āt ꝛ finē ñ cōſiderat abſo⁹: qꝛ ñ pōt ꝑbare ſic euidēter ꝛ ime⁹ ex me⁹ nāli aliq̄ ꝑn⁹ eē ꝑmā fozmā ꝛ ſil' finē vlti⁹. ꝟſiderat. n. ꝑ ꝛ ꝑ ſe foꝛa⁹ vt ē pfectio māe trāſmu⁹ ꝛ finē vt ē termin⁹ mot⁹ agēt]. Uel al' nāl' ꝑbat māz ꝛ fozmā eē. ꝛ ſil' ſubas ſepatas eē: ac ēt efficiēs ꝛ fi nē: qꝛ ſť: ſz iſta qd ſint: demſrat meta⁹: meta⁹ demſrat qd eſt ꝑ⁹ foꝛa: ſz ñ pōt ōmſrare: qꝛ ē. Meta⁹ igr accipit a nā li aliquē eē ꝑ⁹ motoꝛē ſimp⁹ ꝛ imo⁹: ꝛ ꝛcludit illū eē ꝑ⁹ fozmā ꝛ vlti⁹ finē. ꝑmā foꝛaz ꝙ q̄to ē act⁹ ſimpliciſſim⁹ ꝛ actualiſſim⁹ imitabil' a q̄cūq; ⁹z determiatū gradū p fectiōalē: ꝛ q̄ſi exēplar oīaz ꝓducibiliū: ꝙ vt ſic: eſt ēt effi ciēs. ꝙ q̄to ponit vnūqōq; i ſuo eē: aut in gradu ſue pfe ctiōis: finis vltim⁹ ꝙ q̄to ē fūmū bonū ꝛ appeti⁹: penes cui⁹ acceſſū vl' receſſū cūcta mēſurāť i eē. ¶ Uel ēt me taphic⁹ oñdit ꝑ⁹ ꝑn⁹ eē vlti⁹ finē z⁹. vno⁹ vt ē illō ꝓp qō amatū ꝛ deſide⁹ ⁹z ynūqōq; fit i actu ꝟm ſuā opōnē. alio⁹ vt ē pfectiſſimū en ſz i q̄ qlz nā itellcūal' bz pfecte getari: iſta āt ñ pōt ōmſrare phic⁹: ſz tm̄ meta⁹: ꝓſuppo⁹ tñ aliq̄ ꝑn⁹ nāli: lz remote. ꝛ iō foꝛa ꝛ finis ſť ꝑn⁹ approꝓata me taphico: efficiēs vo ꝛ mā ſť approꝓata nāli q̄ ſi ꝟſiderať a meta⁹ ēt ꝑpa ꝟſideratōe ptinēte ad meta⁹ ⁹z oz ip⁹z vti aliq̄ ꝑn⁹ nāli vt tādē ꝺuēiat ad ꝓpziā cōſidera⁹ meta⁹ bñdā de ipſis. ¶ Aduertēdū tñ: ꝙ lz i ꝑ⁹ foꝛa q̄ ē ꝺs cō currat rō efficiēt]. Cōmē. tñ nō ꝛcedit ꝙ meta⁹ demſret ꝑmū ꝑn⁹ eē ꝑmū efficiēs: ſic̄ ꝛcedit ip⁹z demſrare eē ꝑmā foꝛaz: eo ꝙ ꝟz ip⁹z efficiētia actio ꝓuēt⁹ ꝛ bꝫ ꝛcernūt mo tū ꝛ mutatōez. vt oñdit ip̄e. iz. meta. 44. ⁹t⁹. vbi reꝑhē dit Auicē. g ponebat iſta i ītelligētys: ꝛcedit. n. ibi cāz ꝛ cātū ꝙ modū ītelligētis ꝛ ītellecti: ꝛ tñ negat ibi ꝓuentū actōez ꝛ ꝟſecutōez ꝓp rōnē dictā. Intellcīn tñ ē cā itelli gētis i gñe cāe efficiēt]: qꝛ ꝟz ip⁹z obz i mēte mouet vt ef ficiēs. vt dic̄ i eodē. iz. ⁹t⁹. 36. i exēplo de balneo: qō i itel lectu mouet effectiue: vt ex̄ mouet vt finis. ¶ Sz ō ꝝ in ſtať. nā ſi ꝑhic⁹ ime⁹ ꝛ ex me⁹ nāli ꝓbat ſubaz ſepatā q mā eē: vr ꝓbare ſubaz ſepatā eē ꝑmā fozmā. ¶ ℞ñr ne gādo ꝓnam: qꝛ lz iſta duo ꝛcurrāt i eodē ſuba ſepata ꝛ ꝑ⁹ foꝛa: qꝛ tñ diſtīguūť rōne: ñ ſeq̄t ꝙ ꝑbādo vnū ꝓbeť al tez. ¶ Ad z⁹ rñr: ꝙ ꝑn⁹ vtriuſq; ſūt alia: ñ gdē ꝟz eē: qꝛ ſť idē ſubto. vt dic̄ Cōm̄. ſz ꝑciſe dr̄nt i mō ꝟſideradi: nō eſt āt icōueniēs diuerſas ſcias ꝟſiderare eādē rē modis diuerſis: ſic̄ q̄titas ꝟſideraťa nāli ꝛ a meta⁹: ſz diuerſiꝫ ꝟſideratōib⁹: aut modis ꝟſideradi. ꝛ ꝝ pz ad qōnē.

Ad argu ta ꝑn⁹ ad ꝑ⁹ pz ex dictis. ¶ Ad z⁹ dr̄ ꝙ ⁹ꝝ ꝑ tāto dic̄ meta⁹ ꝟſiderare ꝑmū motorē: qꝛ taꝛ mīn⁹ approꝓaꝛ nāli q̄ mā: qꝛ ꝑm⁹ motoꝛ reducīť i ꝑmā fozmā. vt dcm̄ eſt: logť. n. de bis i aūcate adducta: q̄ ꝑ aliq̄ approꝓatōez ꝑñt dici ꝓtiere ad meta ꝓhiſicā: qñ aūt in iſtis ⁹ti⁹ excludit mouēs a ꝟſideratiōe meta⁹: logť de mouēte ꝟz ei⁹ abſolutā approꝓatōez ꝛ nō ꝓpatiue ad aliō ꝑn⁹. ¶ Ad ꝫ rñr: ꝙ lz foꝛa ſit rō cogſcē di māz ꝛia ozigis ꝛ q̄ ad nos: tñ ꝟz ſe: cū ab ipa depēdeat foꝛa ñ ē ex̄. ē. n. ynū ꝑn⁹ ō ſe cogſci⁹. Uel dōz ē ꝙ q̄uis

L 4

UVA. BHSC. IyR_086_2

forma notificet mām q̄ ad ꝯsideratiōez hūdā a nāli: nō tñ q̄ ad ꝯsideratōez metaphicā q̄ est ꝑ abstractōez a sensibilib⁹. Et ad illa: q̄ fora ē ꝑn̄ᵐ opōnis ⁊ motᵒ: dr̄ q̄ est etiā ꝑnᵐ eēntie rei ⁊ qditat̄: ⁊ vt sic ꝑtinet ad metaphicū: ⁊ ꝑ hoc ad ꝯfirmationē dr̄ q̄ nō solū cōsiderat vt ps subtiua entis: sz ēt vt est ꝑnᵐ ꝯpositi q̄ ad esse ⁊ qditatē. vt dcm̄ est in cozpore. q. ¶ Ad vltimū rñdet̄ q̄ ꝯcludit māz ⁊ efficiēs eē: nō posse demr̄ari nisi a nāli. Et hoc cōcedit̄ ꝑm Cōmē. sed in rōne ꝑncipy: ⁊ q̄ sint ꝑnᵃ substantie sensibilis hoc potest ꝓbare metaphicus: ⁊ cōcedo q̄ ista ꝑncipia esse nō possunt ꝓbari nisi via motus ⁊ a posteriozi: sed in rōne ꝑncipiādi pñt ꝓbari metaᶜᶜsaltem a posteriozi: ⁊ q̄ aliquid possit ꝓbari in rōne ꝑncipy: ⁊ nō quo ad esse pz ex z⁰ de anima. vbi ꝓbat̄ animā esse ꝑncipiū vegetandi sentiendi ⁊c. Ex hoc medio: qz est quo viuimus sentim⁹ mouemur ⁊ itelligimus. Et tamē nō ꝓbat̄ aiam esse: qz est subiectū ꝑmuz ⁊ adequatū libri de aia: tale nō ꝓbat̄ esse: sz ꝑsupponit̄ toti scie ꝑm Auerro. ⁊ Auicēnā: q̄d dicat Scotᵘˢ ⁊ Albertᵘˢ. Uel alr̄ ista ꝑncipia sube sensibilis nō pñt ꝓbari quātū ad qz est: nisi a nāli ⁊ via motus: sz q̄tū ad qd est pñt ꝓbari a metaphico: cuiᵘˢ est ꝯsiderare qditates oīum entiū ⁊ ꝑsertim qditates abstractas ꝑm eē a motu ⁊ a mā: ista tñ qd sunt cōsiderat a posteriozi: ⁊ si dicat̄ q̄ ꝯsiderant̄ qditatiue ꝯsiderant̄ a ꝑozi ista sunt bȝ. vt tu ꝯcedis. g̃ ⁊c. Rñdet̄ cōcedēdo maiozē si sit ꝯsideratio pure qditatiua ꝑ simplr̄ ꝑoza: sz istā ꝯsideratōez nō hēmus nos: sz qditates tales cognoscimus per quasdā descriptiōes sumptas saltē ozi ginaliter ex effectibus a quibus abstrahendo venamur huiusmodi descriptiones.

¶ Omnia. n. materia sunt ⁊ eius que maxime sunt substātie vltime. Hec habet trāslatio noua: sed antiqua cōmentatozis sic habz. Et hec substantia est illud: quod est maius valde.

Textu cōmen. XV. Questio. V.

Queritur vtz cōpositū subale per se vnū sit pfectiᵒ forma. Et argr̄ q̄ nō auctate Cōmē. z⁰ phycoz. cōmē. 4. vbi bz: forma est dignioz hr̄e hꝫ nomē subā q̄ ꝯpositū: qm̄ ꝑ illā est cōpositū in actu: ⁊ cā est dignioz cāto: hoc idē vult Cōmē. 7. metaph̄. cōmē. 7. vbi dicit: ⁊ intēdebat q̄ quū forma sit ꝑoz cōposito ex mā ⁊ forma ⁊ cōpositū est subā: seq̄t̄ q̄ forma sit magis subā q̄ cōpositus. ꝓ hac ꝑte arguit̄ etiā rōne: qz illud qō est eēntialr̄ actus: est pfectius eo qō tantū est actus ꝑticipatiue forma est essentialiter actus. g̃ ⁊c. ꝑtia nō cū minozi. Maioz ꝓbat̄: qz actus est pfectio simplr̄ cū reperiat̄ formalr̄ in pfectissimo ente simpliciter: ⁊ actᵘˢ q̄tuz est ex se pōt eē formalr̄ infinitus. igit̄ ⁊c.

Ad oppositum tamen videt̄ esse hic Aristo.

In ista questione ꝑmo videndū est de ordine ꝑoritatis forme ad materiā ⁊ cōpositū. Secūdo de perfectiōe.

